F. JOSEPHI HYACINTHI TRIVERII ... IN ANTIQUITATEM AC DIGNITATEM ECCLESIÆ...

Giuseppe Giacinto Triveri

58.428

F. JOSEPHI HYACINTHI
TRIVERII
ORDIN. PRÆDIC.

in antiquitatem ac dignitatem

ECCLESIÆ VERCELLENSIS

A D. FRANCISCO INNOCENTIO

FILEPPO

CANONICO THEOLOGO VERCELLENSI
vindicatam

Quædam ad eumdem Animadverſiones.

VENETIIS MDCCLV.
APUD SIMONEM OCCHI.
SUPERIORUM FACULTATE.

Si quid calamo, quod cauſa non repoſcat mea, imprudens exciderit, quod aut acrimoniam ſapiat, aut optimæ exiſtimationi, & venerationi, quam noſtro Diſſertatori debeo, vel minimum detrahat, ... id totum, tanquam inconſideratum, aut perperam dictum, & revoco, & improbo. Filepp. ibi pag. 3.

REVERENDISS. DOMINO

D. FRANCISCO INNOCENTIO FILEPPO.

CANONICO THEOLOGO VERCELLENSI

F. JOSEPHUS HYACINTHUS TRIVERIUS

ORDINIS PRÆDICATORUM

S. P.

QUoniam difficilis inventu eſt veritas, undique nobis inveſtiganda eſt, & inquirenda; & veritas quæſtionibus ventilata clareſcit; animadverſiones de Eccleſiaſticis rebus Vercellenſibus a te, Reverendiſſime Domine, ſumma eruditionis copia verſatis mihi, raptus ab ardore obtinendi claram firmamque earum cognitionem, & ita agendi, ut quæcunque a te edita diſputationis ope illuſtrarentur. Animo meo non inſidebat iniquum conſilium deprimendi excelſæ Eccleſiæ Euſebianæ dignitatem, ac minuendi vetuſtum Ver-

cellarum decus. Ab amore veritatis, ac zelo noſtræ veræ gloriæ ductus, res recens a tua eruditione in lucem productas cenſoria animadverſione adnotavi, ut ſeveriori examini ſubjectæ, hinc excuſſæ, illinc propugnatæ; majorem veritatis ſpeciem obtinerent. Id ab alio Indigena agi debebat, ne Alienæ Gentes, quæ noſtram gloriam invident, falſitatem, ac incertitudinem in hiſce reperientes, nobis illuderent. Nihilominus mea Diſſertatio Hiſtorico-critica, Vercellis, variis cogitationum æſtibus quorumdam mentes diſtraxit, animos exagitavit, & acerbitate eo affecit, ut levi de cauſa turbas in re literaria excitaverit. Sicut favilla de face in neglectam ſtipulam cadens, paullatim eundo creſcit, extollitur, flammas ſub ethere jactat, & crepitans longe ſonitum emittit; ſic rumor ex mea diſſertatione contra meos genios Vercellis exortus, paullatim effunditur, ut turbæ ſtrepitent, Vindices gloriæ Vercellenſis ſurgant, meum nomen conviciis petatur, & ego tanquam Patrii decoris hoſtis traductus ſim. Novi Te etiam, Domine mi, animo aliquantum commotum; quod ſcribens non nimium effuſa gratia, qua polles, mecum egiſti; imò contra Officiorum comitatem, Academiæ morem, Ordinis Canonicalis gravitatem, ac tuæ indolis ſuavitatem ab eo, quod in ipſo libri exordio pollicebaris, abiiſſe plures ajunt. Quid gloriæ Urbium, ac Regionum obſtat, quin duo Cives, duo Indigenæ in contentionem de ſuis rebus non admodum claris, ac exploratis adducantur, & in literaria acie dimicent? Singulari certamine pro veritatis diſquiſitione ita pugnandum eſt, ut turbæ non excitentur, mentiumque pugnam cordium pugna non ſequatur. Crebra enim mentium prælia in eadem Eccleſia, illæſa caritate, extitere. Epiphanius acriter a Chryſoſtomo, Auguſtinus ab Hieronymo, Angelique Græciæ, ac Perſidis Tutelares, ab invicem diſſident.

Verum ex poſito pugnæ diſcrimine lætitiam capio; quod ex tuo opere recens excuſo, eruditione referto, aurea lux ſurgit, & rebus Euſebianis, a Te verſatis, claritatem auget.

Nolo laudes pleniori ore in Te conferre.

„ No-

„ Nolo (*a*) eſſe laudator,
„ Ne videar adulator.

Quædam ex tuo libro collegi, quæ adhuc aliquam difficultatem habent, & mihi non ingens negotium adferunt. Omnia in hiſce animadverſionibus hic additis producuntur. Enixe a Te peto, vir eruditiſſime, ut tuis rebus abundantius lucem tribuas. Hiſce expeditis, firmatiſque ſtatim in tuam aciem deſcendam, tuas partes fovebo, quantum eniti animo poſſum, in id unum incumbam, ut gloriæ recenti Vercellarum ſerviam.

Altius unam rem aperiam, ut innoteſcat, anne animus meus gloriæ Vercellenſi adverſetur. Petentibus diſcipulis, eorumque Magiſtris benigne annuentibus, conſcripſi illas Nuncupationes, noviter in lucem a Te productas, quibus Theſes Excelſi Capituli Euſebiani nomini a Cœtu Provinciali mei Ordinis ſacræ fuerunt, in quibus jactantur omnia ea, quæ modo a me verſantur. Tunc rem non expendi, ut ad voluntatem, fidemque alienam ſcriberem, alienis gentis indulgens, ut conſuetudo in his rebus fert, ac adhærens cuidam Notulæ, exaratæ a quodam celebri Viro, Vercellis diu agenre, qui te non latet, quemque ſilentio prætermittere fas eſt. Deinde res præſatas ſeveriori examini ſubjectas, nullamque veri ſpeciem exhibentes, ad commenta demandare curavi. Hoc jam vero prorſus exopto, doctiſſime Scriptor, ea quæ propugnanda cepiſti, firmioribus in dies monumentis fulciantur. Quo poſito operam dabo, ut nullum in his illuſtrandis ſtudium meum deſideretur. Rem noſtram aggrediamur.

A 3 IN

(a) *ad Heren.*

IN I. CAPITIS I. §.

De Antiquitate Eccleſiæ Vercellenſis

ANIMADVERSIO I.

DUbium adhuc eſt, an Eccleſia junior interdum Eccleſiæ origine antiquiori dignitate præferatur. „ Liquido conſtat (ajebas) eam Eccleſiam nobili- „ tate præſtare, cæteriſque præferri (præciſa Dignita- „ te Metropolitica) quæ antiquior eſt ; ita ut major „ antiquitas majorem quoque honorabilitatem addat, „ & præcellentiam. “ „ Eccleſiam (dicebam) juniorem „ interdum præferri dignitate Eccleſiæ antiquiori origi- „ ne compertum erit perlegentibus hunc Elenchum.. “ quem (*a*) adferebam. „ Epiſcopus (addidi) Novarien- „ ſis tertium in ſeſſione horum ſuffraganeorum locum „ tenet. Primus origine Epiſcopus Novarienſis extitit „ D. Gaudentius conſecratus a D. Simpliciano, S. Am- „ broſii Succeſſore. S. Ambroſius circiter anno Chriſti „ CCCXCVII. vita ceſſit .... Sedes Epiſcopalis No- „ variæ originem anno æræ vulgatæ CCCXCVII. cir- „ citer habuit. Quiſnam cenſeat inter hos XV. (vide „ Elenchum) Epiſcopos, Præſuli Novarienſi poſtpoſi- „ tos, ne unum quidem rexiſſe Eccleſiam, ante IV. „ Sæculum ejuſdem æræ conditam ? .... Prodeat D. „ Martianus primus Derthonæ Epiſcopus, qui II. æræ „ Chriſtianæ ævo ineunte ſub Adriano claruit. Prode- „ ant denique in lucem Exuperantius Epiſcopus Der- „ thonenſis, & Diogenes Epiſcopus Januenſis, qui Con- „ cilio Aquilejenſi anno CCCLXXXI. inſederunt, qui- „ que tempore præceſſerunt D. Gaudentium. Quare ſe- „ derunt Epiſcopus Derthonenſis VII. loco, & Epiſco- „ pus Januenſis XVII. qui origine Epiſcopum Nova- „ rienſem præceſſere, & Novarienſis, iiſdem origine „ poſterior, in Conventu Provinciali tertiam ſedem „ obtinet? “

Ecce, Cl. Domine, argumentum poſitivum, quod nos ur-

(a) *Differt. p* 15.

urget, premitque. Ut difficultatis nodum dirimas, aſſeris ante ætatem D. Gaudentii, D. Laurentium Martyrem rexiſſe Eccleſiam Novarienſem, fultus auctoritate Margarini Bignei, qui eum Epiſcopi titulo cohoneſtat. „ Præter Auctores (definit Canus) ſacros (*a*) „ nullus Hiſtoricus certus eſſe poteſt, id eſt idoneus ad „ faciendam fidem. “ Æquum eſt ne fidem habere dictis Bignei, qui omnibus veteribus monumentis, Scriptoribus, & Eccleſiaſticis traditionibus adverſatur? Viri Novarienſes, eruditionis copia florentes, & veritatis ſtudiis dediti in cœtu Epiſcoporum D. Laurentium nunquam locavere.

„ Tabulæ Oſſeæ
„ Eccleſiæ Cathed. Novarien.
„ Hæc ſunt Nomina Epiſcoporum
„ Novarienſis Eccleſiæ.

„ S. Gaudentius Præſul egregius ſedit anno XX.
„ S. Agabius Vener. Epiſcopus.
„ S. Laurentius iſtorum Magiſter & Doctor egregius, ſed non Epiſcopus.
„ Diogenes.....

Apud D.D. Carolum Epiſcopum Novarienſem (*b*) hæc habentur. „ Tantum Laurentii Presbyteri, ac Martyris memoria divino honore conſecrata apud nos viget: quem ne ad antiquiora Eccleſiaſticarum afflictionum tempora referamus, monimenta faciunt, quibus Gaudentium primum hujus Urbis Epiſcopum is traditur ſpirituali diſciplina inſtituiſſe..... Laurentius igitur Presbyter Novariæ, antequam Urbs Epiſcopum haberet, Chriſtianæ Diſciplinæ propagandæ curam diu ſuſtinuit (*c*) ..... Colitur (*d*) a primis illis temporibus ſacro publicoque Officio B. Laurentii puerorumque ſimul memoria. “

Præterea legitur in I. lect. II. noct. Officii vetuſtiſſimi. „ Laurentius Presbyter, antequam Epiſcopus aliquis ibi crearetur, Chriſtianæ Diſciplinæ propagandæ curam Novariæ ſuſtinuit.... “ In fronte ejuſdem Of-

(a) *Lib. XI. C. IX. Loc. Theolog.* (b) *Apud Carolum Epiſcop. Novarien. Novaſ. lib. II. pag.* 239. (c) *ibi pag.* 235. (d) *ibi pag.* 236.

ſicii legitur. „ In Feſto S. Laurentii Presbyteri & Martyris (non Pontificis) In I. lect. II. noct. Officii D. Gaudentio ſacri habetur. . . . . „ Ac Novariæ cum „ Beato Laurentio Presbytero (non Pontifice) fuit, qui „ Chriſtianam Religionem propagare in ea Urbe jam diu „ conabatur. . . . “ In II. lect. II. noct. ejuſdem habetur . „ Epiſcopum Novariæ eum (Gaudentium) ordinavit S. Simplicianus, S. Ambroſii Succeſſor . Creatus Epiſcopus . . . . . “ D. Gaudentius appellatur Epiſcopus Novarienſis, ac D. Laurentius nuncupatur Presbyter.

Hinc rejiciendus eſt Anonimus , a Pucinello relatus : quia jam uſque ab obitu Auxentii Novariæ Epiſcopum tribuit, quique enormibus erroribus ſcatet. „ Valentinianus (ait ille) Imperator , vacante Sede Mediolanenſi , convocari fecit omnes Epiſcopos Provinciales, „ Vercellenſem, Comenſem , Novarienſem. . . . ceteroſque . . . . ut Succeſſorem eligerent. “ Is in veteri Eccleſiæ diſciplina longe peregrinatur : tum quod cenſuerit , Antiſtitum electionem ad Epiſcopos Provinciales ſpectare; tum quod dixerit, Valentinianum eoſdem ad ſublegendum in Auxentii locum Ambroſium convocaſſe. Poteſtas ſeligendi Antiſtites apud Populum, Clerumque primis Sæculis viguit. Quod etiam ſub Conſtantino Cæſare ſervatum patet ex Euſebio (a) Cæſarienſi, & tempore Synodi (b) Nicænæ ex epiſtola Synodica apud Socratem: „ Et Populus eos (Epiſcopos) eligat , ſuffragante nihilominus , & Plebis judicium confirmante „ Alexandrinæ Urbis Epiſcopo. “ Populum deinceps ab electionibus paullatim removeri, ex Juſtiniani (c) reſcripto conſtat . Denique omnis ad electionem acceſſus partim conſuetudine , partim latis canonibus eidem interdictus eſt . Verum ad Epiſcopos Provinciales aliorum conſecratio pertinuit. Res a Concilio Nicæno edicta fuit hoc IV. Canone : „ Epiſcopum ab omnibus Comprovincialibus Epiſcopis, ſi fieri poſſit , vel ſaltem a tribus de aliorum conſenſu ordinari jubet, Metropolitæ „ ſervato confirmationis jure. “

For-

(a) *De vita Conſtantin. l. 3. c. 60. 62.* (b) *l. 1. c. 9.*
(c) *Apud Gratian. l. 43. collat. 9. tit. 15. tom. 1. l. vii. p. 25.*

Formam modumque electionis D. Ambroſii in Antiſtitem Sigonius, omnium Scriptorum veterum, præcipue Paulini, D. Ambroſii Amanuenſis, auctoritati adnixus, clare ſic enarrat. „ Populus de more ad Comitia Succeſſori creando in Templum convenit. Ibi Civitate diſcordia laborante, quum alii alium pro cujuſque ſtudio poſcerent, brevi rem ad jurgia, & prava certamina deduxerunt. Qua re cognita, Ambroſius Civis Rom. qui Liguriæ atque Æmiliæ Conſularis Mediolani ſedebat, ut tumultum comprimeret, ad Templum accurrit .... Adhuc vero illo loquente, pueri vox in turba increpuit, Ambroſium Epiſcopum acclamantis: quam ubi Populus audivit, avide non aliter ac ſi de Cœlo miſſa eſſet, arripuit, & continuo conſentientibus ambarum partium animis, ipſum ad Baptiſmum (nam Catechumenus erat) & Epiſcopatum accipiendum oravit..... Populus relationem ad Valentinianum in Gallias miſit. Valentinianus hoc cognito, Gratias ago Deo, inquit, quod quos ego Reipublicæ adminiſtrandæ præficio, eos ille ad Eccleſiam ſuam gubernandam depoſcit, ratuſque eam electionem bono Eccleſiæ Mediolanenſis futuram, Vicario, ut rem ad exitum perduceret, imperavit. “ Quomodo & ubi innoteſcit Antiſtitum Provincialium convocatio, a Valentiniano edicta, ut iidem Succeſſorem eligerent? Quo patet Anonimum, qui inter Epiſcopos Provinciales Mediolanenſis Eccleſiæ, eo tempore exiſtentes, Antiſtitem Novarienſem adnumerat, adeo fluxa, & leviſide eſſe, ut nihil ei credi poſſit.

Producis quamdam Hiſtoriam M. S. D. Gaudentii, in Archivo Euſebiano ſervatam, in qua afferitur, DD. Euſebium, ac Gaudentium rexiſſe utrumque ſimul Eccleſiam Novarienſem. Optime. D. Euſebius eam, ut ſuæ Diœceſis partem rexit, ut Pontifex; D. Gaudentius ut Euſebii vices agens. „ Sed quum nuda præſidio (a) Paſtoris Eccleſia Vercellenſis eſſet, ad eam curandam, cuſtodiendamque ab Euſebio miſſus eſt; quo mox reſtituto, Gaudentius non longe ab ea diſcedens, Novariæ reſedit. Ibi ...... Novarienſis gregis curam

„ ſan-

(a) *Lect. IV. Off. S. Gaudent.*

„ ſancte ſuſtinuit. “ Verum legimus in eadem vita : „ quod temporibus D. Ambroſii, D. Gaudentius jam „ epiſcopabatur, “ (a) ut ejuſdem vitæ verbis utar. Jam ipſe epiſcopabatur, quædam Epiſcopi munia, ut inſtructiones præſtans, & fidelium curam agens; non tamen Pontificiam dignitatem obtinens: omnes enim alii Hiſtorici evulgant, D. Gaudentium a D. Simpliciano ordinatum fuiſſe. Ulterius ob ſtyli ruditatem illud MS. cuidam ſæculo recentiori adſcribendum eſt.

Verum tempus terimus: quod tu, Domine mi, hanc falſam opinionem abjeciſti, in eodem libro pagina 177. hæc verba faciens. „ Nam D. Gaudentius Novarienſis „ factus eſt Epiſcopus, D. Ambroſio jam defuncto. “ Tecum pugnantem plures te declarant. Igitur ex tuis dictis D. Gaudentius temporibus D. Ambroſii infula exornatus non erat.

Dum ibi aſſeris Novarienſis Eccleſiæ antiquitatem invicte probari ex ipſo Seſſionis loco, qui Epiſcopo Novarienſi in præfato Elencho aſſignatur, ſumitur inſtar certiſſimi ac infallibilis argumenti id, quod in quæſtione verſatur.

Demum difficultatem, ab epocha D. Martiani excitatam ſolvis, dicens eruditos ea de re valde dubitare, primum Epiſcopum Derthonenſem D. Exuperantium ſtatuentes, quorum unum non adſers. Reſpondeas, aut affirmans, aut negans. Plerique ajunt, hoc faceto jocandi genere te e difficultate evolare.

Elenchus Præſulum Derthonenſium, qui D. Exuperantium præceſſerunt, quorum formæ in Ædibus Epiſcopalibus exprimuntur, quorumque ordo in MSS. vetuſtiſſimis laudatæ Eccleſiæ proditur.

„ S. Martianus I. Epiſcopus Derthonen.
„ S. Hidelbertus II. Epiſcopus.
„ S. Amonius III. Epiſcopus.
„ S. Conſtantinus IV. Epiſcopus.
„ S. Laurentius V. Epiſcopus.
„ S. Anaſtaſius VI. Epiſcopus.
„ S. Marcellinus VII. Epiſcopus.
„ S. Julianus VIII. Epiſcopus.

„ S.

(a) *Filepp. ibid. pag.* 48.

„ S. Meliodorus IX. Epiſcopus.
„ S. Innocentius X. Epiſcopus.
„ S. Joannes XI. Epiſcopus.
„ S. Exuperantius XII. Epiſcopus....

D. Martianus, & D. Innocentius Cœlitum faſtis adſcripti, ſacro ritu perpetuo donantur; alii Sanctorum titulis decorantur.

In IV. lect. Vetuſtiſſimi Officii, quo Martianus in Eccleſia Derthonenſi colitur, ita legitur. „ Martianus
„ primus Derthonenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſanctimoniæ
„ laude, & martyrii corona apud omnem poſteritatem
„ claruit. Hinc quum Divini verbi prædicatione Gen-
„ tiles in Liguria ad Chriſtum converteret, Derthonen-
„ ſium, qui jam Chriſtianam Religionem receperant,
„ factus Epiſcopus.“

In V. lect. ſic habetur: „ Interea fervente adhuc ſub
„ Adriano Cæſare perſecutione Trajani, Sapritius Præ-
„ fectus ſpirans minarum, & cædis in Chriſtianos Me-
„ diolani, Derthonam tendebat, ſecum in comitatu B.
„ Secundum Equitem Aſtenſem adhuc Catechumenum
„ ducens. Hinc quum Martianus occurreret eumque in
„ Chriſti fide hortaretur, accuſantibus Gentilibus, ut
„ aliis timor incuteretur, in arctiſſima cuſtodia in-
„ cludi S. Epiſcopum mandat.“

In VI. lect. habetur.... „ Ejus corpus a B. Secundo
„ ſepultum, quum diu latuiſſet, mirabiliter ab Innocen-
„ tio ejuſdem Urbis Sanctiſſimo Epiſcopo inventum in
„ Baſilica ejus nomini dicata conditum eſt.

Quiſnam cenſeat falſam eſſe continuam firmamque traditionem, antiquis monumentis, & veteribus Scriptoribus adnixam, qua D. D. Martianus & Innocentius ab Eccleſia Derthonenſi ſemper, ut Antiſtites Derthonenſes, culti fuere, ac coluntur? Nulla Eccleſia in toto terrarum Orbe, excepta Derthonenſi, eos, ut ſuos Præſules, veneratur. Si rejicis præfatos in Elenchis Epiſcoporum Derthonenſium adſcriptos, quorum duos, ut Sanctos Pontifices ſuos Eccleſia coluit, ac colit; immerito in me commotus fuiſti; dum illos primos Antiſtites, a te recens vulgatos, a numero Epiſcoporum Vercellenſium longe repellebam.

Præ-

Prætermitto plurimos Scriptores, inter quos Triſtanus annumeratur, quique tradunt a S. Calimero Epiſcopo Mediolanenſi ordinatum, & Derthonenſibus datum Antiſtitem Martianum, ejus Diſcipulum: deinde a Materno Meliodotum Derthonenſem Levitam. „Qua ex „ re antiquiſſimum equidem Provinciæ Epiſcopatum „ (ait Triſtanus) Derthonenſem puto (a).“

Demum nec te premit ſubſcriptio S. Diogenis Epiſcopi Januenſis, in Concilio Aquilejenſi anno CCCLXXXI. ſedentis; quod D. Gaudentius una cum D. Euſebio Novarienſem Eccleſiam adminiſtraverit. Firmiter ſtatuis pagina 177. hujuſce libri oppoſitum his verbis: „ nam „ D. Gaudentius Novarienſis factus eſt Epiſcopus, D. „ Ambroſio jam defuncto.“ Hic pagina 48. hæc verba producis: „ Nam hac epocha (ſcilicet S. Diogenis) „ vetuſtiores procul dubio ſunt S. Euſebius Vercellenſis, „ & S. Gaudentius, qui ſimul Novarienſem adminiſtrarunt Eccleſiam....“ Quis non videt te pugnantia loqui, & a te diſcedere?

„ Præcellentiam (b) ex longiſſima, & inveterata „ conſuetudine ad Epiſcopum Vercellenſem ſpectare ſtatutum eſt.“ At in lucem non profertur fundamentum, cui hæc conſuetudo adhæreat. Perſpicuum eſt ex dictis, juniorem Eccleſiam interdum præferri Dignitate Eccleſiæ antiquiori origine. Igitur inquirenda eſt vera, & ſtabilis cauſa, ex qua prælatio Epiſcopi Vercellenſis procedat. Hæc non fuit jus Metropoliticum, quo Eccleſiæ Vercellenſis nunquam decorata fuit, ut in mea Diſſertatione actum eſt, & inde agetur. Supereſt quoddam privilegium, non ab Henrico Cæſare, ſed antiquitus ſortuito proſpero eventu collatum. Adducas, Clariſſime Vir, (excepto privilegio) aliam cauſam, ex qua hujuſce prærogativæ decus excitetur.

Sortis nomen, ibi a me de Seſſionis prælatione prolatum, ſtatim animum tuum horrore perfudit & concuſſit. Qua de cauſa electio D. Mathiæ in Apoſtolum, a ſorte ducta, tibi horrorem non generat? „ Et (c) ce„ cidit ſors ſuper Mathiam.“ Quare totus non inhorreſcis,

(a) *Tractat. de Metropol. Mediol. num. 8. pag.* 44. 45.
(b) *ex Diplom. Henric.* (c) *Act.* 1.

ſcis, dum audis Paulum ſic loquentem: Et nos (a) „ forte vocati ſumus? “ Alio de hac re ſermo redibit. Ex his verbis laudati Diplomatis: „ Volens Henricus „ Epiſcopo prærogativam debitam conſervare juxta mo- „ rem Conſtantini “ (qualis erit iſte Conſtantinus? At tu, tacente Scriptore, eum eſſe Magnum aſſeris:) ex his verbis deducis Conſtantini Magni ævo Eccleſiam Vercellenſem proprios habuiſſe Epiſcopos, & eumdem honorem eidem a Conſtantino Magno adhibitum fuiſſe. Henricus (ex hypotheſi loquor) ſe ſe geſſit juxta morem ac inſtitutum Conſtantini Magni, qui religionis, pietatis, & juſtitiæ zelo actus, incolumem omnium Eccleſiarum Dignitatem tuebatur, & Succeſſoribus ſuis edixit, ut Eccleſiis reverentiam exhiberent, earumque jus illibate ſervarent, & ad eas propugnandas ſua ſtudia conferrent.

Dicam brevi, quid cenſent plerique de Baſilica, ſub nomine S. Mariæ Majoris, quam velut munificentiæ Conſtantini Magni præclarum teſtimonium exhibes. Auguſtum nec quoddam Templum a fundamentis erexiſſe, nec Delubrum, olim Veneri ſacrum, Deiparæ dicandum curaviſſe dicunt. Hoc eruunt ex Scriptorum, non coævorum, & non vetuſtiſſimorum diſſenſione, quorum alii cujuſdam Eccleſiæ erectionem a Cæſare mandatam, alii prædicti Fani dedicationem ſuſtinent. „ Si omnes probati, ac graves Hiſtorici (ait Canus lo- „ co cit.) in eandem rem geſtam concurrant, tunc ex „ horum auctoritate certum argumentum promitur. “

Nonnulli nobis poteſtatem, optionemque faciunt, ut id ex duobus, quod velimus, eligamus, videlicet aut Privilegium, cui Eccleſiæ Vercellenſis prælatio adſcribitur, aut a te allatam Rotæ Romanæ deciſionem, qua ſtatuitur „ conſuetudinem, Eccleſiæ juniori & inferiori „ prælationem concedentem, reputandam eſſe corru- „ ptelam & abuſum. “ Argumenti poſitivi, jam diu expetiti, ſolutio deſideratur. Enixe a te peto, ut noſtram gloriam tuearis.

(a) *Epheſ.* 1.

IN §. II. EJUSDEM CAPITIS

De D. Petri Apoſtoli Prædicatione Vercellenſi.

ANIMADVERSIO II.

IN prima tua Diſſertatione, Præclare Canonice, ſic ais: „ Enim vero D. Petrum Vercellis prædicaſſe „ . . . videtur innegabile: “ ſicut prius ita loquutus es: „ Origo Eccleſiæ (*a*) Vercellenſis ad D. Petrum, „ vel certe ad Apoſtolorum Diſcipulos . . . neceſſario „ referenda eſt. “ Nunc diverſe ſcribis: „ Fateor momenta, quibus (*b*) Vercellenſem prædicationem D. „ Petri probo, ad demonſtrationem non pertingere. “ Id ſolum videtur & eſt innegabile, quod demonſtratur. Fateris ibi ea, quæ adducis, „ ſi non convincant, ne„ gari tamen non poſſe, magnam afferre veriſimilitu„ dinem, cui nihil contra poni poteſt. “ Verum id, quod intellectum non convincit ac premit, jure negari poteſt: id quod magnam adfert veriſimilitudinem, veritatem & certitudinem invicte ac neceſſarin non producit.

In prima Diſſertatione §. I. vocas traditionem prædictæ prædicationis *firmiſſimam*, qua conſtanter credimus . . . Modo ais: „ Omnes (*c*) enim norunt, quod „ in antiquitate adeo remota Hiſtoria non ſemper un„ dequaque firmis, & certis fulciri poteſt argumentis, „ . . . Quare (*d*) plerumque nos ſolius probabilis, & „ veriſimilis contentos eſſe oportet. “ Quid eſt hoc? Firmitas ſententiæ probabili ac veriſimili nunquam inhæret. Modo traditionem firmiſſimam prędicas: modn ſola probabilitate & veriſimilitudine contentum te eſſe profiteris. Præterea in I. Diſſertatione hæc verba facis: „ Conſtanter credimus Apoſtolorum Principem „ prædicationi evangelicæ eo in loco Vercellis exordium „ feciſſe, quo poſtea . . . . jam ab initio naſcentis Ec„ cleſiæ, Eccleſia conſtructa eſt. . . At paullulum nunc

„ in-

(a) *Diſſert. loc. ſæpius cit. pag.* 247. (b *Diſſert. Apolog. pag.* 53. (c) *ibi pag.* 53. (d) *pag.* 54.

„ inſiſtens humanæ traditioni , qua (ais) parte (a) „ locum prædicationis deſignat.“Ut prædicationem Vercellis a D. Petro habitam probes , opinionem eorum producis , qui aſſerunt Petrum , Roma pulſum edicto Caji Cæſaris , Italiam peragraſſe , Liguribus Populis , & Lybicis , quorum Caput erant Vercellæ . „ Suſcipiendi ſunt (inquit Joannes Annius (b) agens de „ regulis, quibus Hiſtorici cujuſque fides & veritas ex- „ ploretur.) ſuſcipiendi ſunt abſque repugnantia omnes, „ qui publica & probata fide ſcripſerunt . Qui ſolo au- „ dita, vel per opiniones ſcribunt, hi tanquam priva- „ ti recipiendi non ſunt , niſi ubi a publica fide non „ diſſentiunt . “ Excluſis pie opinantibus, firmum & probatum de Apoſtolica hac prædicatione documentum proferri debet.

Traditionem de prædicatione præfata credibiliorem reddis , adnixus vitæ MS. D. Sabiniani , ubi refertur , ipſum primis Eccleſiæ temporibus Vercellis adinveniſſe nonnullos viros , cum nonnullis mulieribus evangelicis præceptis initiatos . „ Hos (c) initiatos (ais) fuiſſe a D. „ Petro credibiliſſimum eſt juxta relataro opinionem , „ prĉipue quod nullis monumentis proditur, alium an- „ te D. Petrum Evangelii Præconem huc adveniſſe . “ Quiſque poteſt aſſerere illam instructionem a D. Barnaba effectam fuiſſe ; quod nullis momentis proditur , aliuro ante D. Barnabam Vercellas obiiſſe . Ex una opinione educere aliam facile eſt.

„ Demum (concludis) omnia proculdubio magnam , (d „ prout licet in remotiſſima antiquitate, veriſimilitudi- „ nem, & probabilitatem præſeferunt.“Certas & veras res, non veriſimiles & probabiles a nobis Hiſtoricis omnes expetunt . Ubi eſt D. Petri prĉdicatio Vercellenſis, quam innegabilam aſſerebas? Evanuit etiam illa traditio , quæ firmiſſima dicebatur.

Videtur, originem Eccleſiæ Vercellenſis ad D. Petrum Apoſtolum a te relatam fuiſſe; quod ibi ipſe prædicaverit . Poſtquam Eccleſiæ Vercellenſis originero ad eum retuleris, ſubjungis : „ Enim vero D. Petrum Vercellis „ præ-

(a) *Diſſert. Apolog. pag.* 54. (b) *apud Ganum l. XI. C. IV.* (c) *ibi pag.* 55. (d) *ib.*

„ prædicaſſe . . . videtur innegabile . “ Si D. Petri prædicatio ad originem Vercellenſis Eccleſiæ non ducit, cur, quæſo, huc inducitur? Ex Apoſtolica prædicatione Gentium converſio accidit : ecce quidam Fidelium Cœtus : ecce cujuſdam Eccleſiæ exordium . Ex conceſſa Vercellenſi D. Petri prædicatione quædam Eccleſiæ Vercellenſis origo emergit.

Quæro a te cauſam, qua ejuſdem originem ad illum referas? Dic mihi, aliam cauſam, quæſo, declara. Cur ita animam meam tollis? Non aliam reperire unquam potes. Ex prædicatione Apoſtolica Eccleſiæ Vercellenſis origo emergit : ex tali origine antiquitas : ex antiquitate, ut affirmas, Eccleſiæ cujuſque prælatio. Ergo Eccleſia Vercellenſis cæteris Liguriæ Eccleſiis antiquior eſt; quod D. Petrus prædicaverit. At (ajebam) conditionis prælatio in ea ſupra omnes Liguriæ Eccleſias nunquam ex hoc infertur. Conſentaneum enim eſt, alias Urbes, in finibus ejuſdem Regionis poſitas, a D. Petro divinas inſtructiones excepiſſe, eumque quemdam Fidelium cœtum in iiſdem inſtituiſſe (præcipue Mediolani, quod veteris Liguriæ Metropolis erat) priuſquam Vercellas, prope Alpes ſitas, pertigerit.

„ Jam vero quiſnam (loqueris de inſtructionibus
„ Chriſtianis , quibus initiatos quoſdam Vercellis D.
„ Sabinianus adinvenit) quiſnam alius illa Evangelii
„ ſemina ibi fudit, niſi D. Petrus? . . . Nam D. Bar-
„ nabam in Gallia Ciſalpina prædicaſſe nullatenus cre-
„ dibile eſſet. “ Hæc propoſitio falſitatem redolet . Unus ex Diſcipulis D. Petri prędicationis cauſa ante D. Sabinianum Vercellas inire potetat. Propterea eamdem poſitionem juxta regulas componebam ſic : „ Barnabam
„ in Gallia Ciſalpina prædicaſſe nullatenus credibile
„ eſt. “ Ergo S. Petrus ibi prædicavit . Hæc conſecutio neceſſario deducta eſt ? Recte , an ſecus fecerim , penes te ſit judicium.

IN

IN §. III.

De D. Sabiniani Vercellenſi Prædicatione, & Epiſcopatu

ANIMADVERSIO III.

UT Cl. Lucubrator, frangeres auctoritatem Severi aſſerentis, „ ſub Aurelio tum primum intra Gal„ lias martyria viſa: ſerius trans Alpes Dei religio„ nem ſuſceptam fuiſſe: “ in medium profers Alexan„ drum Natalem, cujus ſcholæ hac de re me ſacramento adactum nolo. Suſtinet loco citato, „ S. Trophimum in Gallias veniſſe primo ſæculo, & Arelatenſem Ec„ cleſiam fundaſſe: veniſſe item S. Creſcentem, qui „ Viennenſem. veniſſe S. Martialem, qui Lemovicen„ ſem: veniſſe S. Paulum, qui Narbonenſem conſti„ tuit: veniſſe S. Dionyſium Areopagitam, qui Pari„ ſienſem erexit: omnes Apoſtolorum diſcipulos. “ A Dionyſio Areopagita reſponſionis initium ducimus.

Secernit a Pariſienſi Dionyſium Areopagitam vera, legitima, ac probata traditio.

Primum hujuſce veritatis teſtimonium præbuit ille Scriptor, qui IV. ſæculo florens, litteris credidit Hiſtoriam Paſſionis B. Saturnini, a Gregorio Turonenſi nobis traditam hiſce verbis: „ Hujus Decii (*a*) tem„ pore ſeptem Viri Epiſcopi ordinati ad prædicandum „ in Gallias miſſi ſunt .... Hi ergo miſſi ſunt, Tu„ ronicis Gratianus Epiſcopus .... Pariſiacis Dionyſius „ Epiſcopus. “ Quomodo hic Dionyſius Pariſiorum Præſul eſſe poteſt Areopagita, quum ſub Decio Gallias petierit?

Sæculo VI. Gregorius Turonum Epiſcopus Dei fidem amplexus eſt.

Sæculo VII. hoc firmius argumentum in Martyrologio dedere, I. Beda. „ V. Nonas Octobris: Natale S. „ Dionyſii Areopagitæ, qui ab Apoſtolo Paulo inſtru„ ctus credidit Chriſto, primus ab eodem Apoſtolo E„ piſcopus eſt ordinatus .... VII. Idus Octobris: apud

B „ Pa-

(a) *Hiſtor. Francor. l.* I. CXXVIII.

„ Pariſium Natale SS. Martyrum Dionyſii Epiſcopi , „ Eleutherii Presbyteri , & Ruſtici Diaconi . “ II. Auctor vetuſtiſſimi Martyrologii MS. in Puteanorum Fratrum Bibliotheca Pariſiis ſervati . „ Non. Octob. „ Natalis S. Dionyſii Areopagitæ . VII. Idus Octobr. „ apud Pariſium: Martyrum Dionyſii Epiſcopi , Eleu- „ therii Presbyteri , & Ruſtici Diaconi . “ III. Scriptor Martyrologii Romani, cujus codicem, ut perantiquum veneratur . „ V. Nonas Octob. Athenis Dionyſii A- „ reopagitæ ſub Adriano diverſis tormentis paſſi , ut „ Ariſtides teſtis eſt in opere, quod de Chriſtiana Re- „ ligione compoſuit . “ Hoc opus apud Athenienſes inter antiquorum memorias clariſſimum tenetur . „ VII. „ Idus Octobris Pariſiis Dionyſii Epiſcopi cum ſociis ſuis „ a Feſcennino gladio animadverſi . “ IV. Auctor Martyrologii MS. in Bibliotheca Henriei Vignerii Oratoriani Presbyteri . „ V. Non. Octob. Natale S. Dionyſii Areo- „ pagitæ . VII. Idus Octob. apud Pariſium Martyrum „ Dionyſii Epiſcopi, Eleutherii Presbyteri , & Ruſtici „ Diaconi .

In veterrimis Martyrologiis MS. Eccleſiarum Lugdunenſis, Remenſis, Virdunenſis , S. Reguli Silvanectenſis, Atrebatenſis idem habetur.

VIII. Sæculo Martyrologium Uſuardi habet . „ Cal. „ Octob. Civitate Tornaco paſſio S. Piatonis Presby- „ teri & Martyris , qui cum B. Dionyſio, ejuſque So- „ ciis ab Urbe Roma Galliam prædicationis cauſa ex- „ petiit , ac poſtea conſummato Martyrio migravit ad „ Dominum . V. Non. Octob. Natalis B. Dionyſii E- „ piſcopi & Martyris, qui poſt clariſſimam confeſſio- „ nem fidei .... Martyrio coronatus eſt . VII. Idus „ Octob. Natalis SS. Martyrum Dionyſii , Ruſtici .... „ Qui B. Epiſcopus a Pontifice Romano in Gallias „ prædicationis gratia directus , ad præfatam Urbem „ devenit, ubi per aliquot annos commiſſum ſibi opus „ fideliter proſequens , tandem a Præfato Feſcennino „ una cum ſuis ſociis gladio animadverſus, Martyrium „ complevit. “ Hic Dionyſius Socius Piatonis (ut omnia Uſuardi exemplaria teſtantur) Areopagita eſſe non potuit.

Mar-

Martyrologium Adonis, cujus verba ſuut hæc: „ V. „ Non. Octob. Natalis S. Dionyſii Areopagitæ, qui „ ab Apoſtolo Paulo inſtructus credidit Chriſto, & pri- „ mus apud Athenas ab eodem Apoſtolo Epiſcopus eſt „ ordinatus. VII. Idus Octob. apud Pariſium Natalis „ SS. MM. Dionyſii Epiſcopi, Eleutherii .... Qui B. „ Epiſcopus a Pontifice Romano ad Gallias ... “ (ut ſupra.)

Martyrologium MS. Eccleſiæ S. Marii Badonenſis in Diœceſi Siſtaricenſi: „ V. Non. Octob. Natalis S. Dio- „ nyſii Areopagitæ, qui .... (ut ſupra). VII. Idus O- „ ctob. apud Pariſium Natalis SS. MM. Dionyſii Epi- „ ſcopi .... Qui B. Epiſcopus a Pontifice Romano ad „ Gallias directus ... “ (ut ſupra).

IX. & X. Sæculis Martyrologium Notkeri, ubi legi- tur: „ V. Nonas Octob. Nativitas D. Dionyſii Areopa- „ gitæ, qui ab Apoſtolo deductus, etiam primus Athe- „ narum Epiſcopus ordinatus eſt, & ſub Adriano Prin- „ cipe .... coronatus eſt. “

„ VII. Idus Octobr. apud Pariſium Paſſio Dionyſii E- „ piſcopi .... Qui B. Epiſcopus a Pontifice Romano „ cauſa prædicationis in Gallias directus, Pariſiorum „ Civitatem devenit. “

Folcardus deſcribens vitam S. Audomari: „ Igitur(a), „ inquit, Plebs Tarvanenſis, licet ante ejus (Audo- „ mari) adventum a B. Martyris Dionyſii ſociis Ful- „ ciano, & Victorico verbum Dei accepiſſet eo tempo- „ re, quo egregius Chriſti Martyr Quintus apud Am- „ bianenſes prædicabat .... “ Fulcianus, Victoricus, & Quintus ſub Maximiano Martyres occubuere. Igitur Dionyſius eorum Socius Areopagita non fuit.

Fulbertus Carnotenſis in hymno de S. Piato: „ Tor- „ nacum verſus Piatus ſe direxit Inclitus, quum Pari- „ ſius iret B. Dionyſius ...“ Poſtea: „ At Cæſar Maxi- „ mianus, ut Piati hauſit famam .... comprehendi juſſit „ eum ad necandum protinus. “

Letaldus in prologo vitæ S. Juliani Cenomanenſis eadem ſcripſit. Ex poſterioribus Sæculis.

Martyrologia Eccleſiæ Pariſienſis, quorum unum an-

(a) *cap.* VI.

te annum MCCCCXLVIII. alterum eodem anno adornatum ſuit, de utroque Dionyſio hæc habent. ,, Calendis Octob. Civitate Tornaco Paſſio S. Piatonis
,, Presbyteri, qui cum B. Dionyſio Epiſcopo, ejuſque
,, ſociis ab Urbe Roma Galliam prædicationis cauſa ex-
,, petiit.... " Nobis adeſt Dionyſius Pariſienſis Socius
,, S. Piatonis, qui ſub Maximiano Martyrio decoratus eſt. ,, V. Non. Octob. Natalis B. Dionyſii Epi-
,, ſcopi, & Martyris, qui .... glorioſo Martyrio coro-
,, natus eſt. (Hic eſt Areopagita). VII. Idus Octob.
,, apud Pariſium Natalis SS. MM. Dionyſii Epiſcopi....
,, Qui B. Epiſcopus a Pontifice Romano in Gallias
,, prædicationis cauſa directus...." ut ſupra. A quodam homine callido recens expuncta, inconſulta Eccleſia Pariſienſi, hæc verba: ,, Apud Pariſium Na-
,, talis SS. MM. Dionyſii Epiſcopi. " ſuffectis in eorum locum hiſce verbis: ,, Lutetiæ Pariſiorum: Natalis SS. MM.
,, Dionyſii Areopagitæ. " At deleta non ſunt ea, quæ Cal. Octob. de Dionyſio Pariſienſi, Piatonis ſocio, & quæ V. Non. de Areopagita feruntur: ideo aptiſſimum adhuc diſcriminis ſignum enitet.

Martyrologia Eccleſiarum S. Germani Antiſiodorenſis, & S. Sepulchri in Urbe Pariſienſi, & Monaſteriorum S. Martini de campis, S. Germani Pratenſis S. Victoris, Monialium S. Antonii ad eamdem Urbem hæc verba: ,, Cal. Octob. Civitate Tornaco paſſio, S. Piatonis
,, Presbyteri, qui cum B. Dionyſio Epiſcopo, ejuſque
,, ſociis, (ut ſupra.) V. Non. Octob. Natalis B. Diony-
,, ſii Epiſcopi & Martyris ...(ut ſupra.) VII. Idus O-
,, ctob. apud Pariſium Natalis SS. MM. Dionyſii Epiſ-
,, copi, Ruſtici ..... Qui B. Epiſtopus ......" ut ſupra.

Eadem ferunt Martyrologia vetuſta Monaſterii S. Dionyſii in Francia, Eccleſiæ Rotomagenſis, & Monaſterii S. Martini Pontiſarenſis, S. Taurini Ebroicenſis, B. Mariæ de Lira in Diœceſi Ebroicenſi, Eccleſiarum Senonenſis, Auguſtodunenſis, Anicienſis, Andegavenſis, S. Martinis Turonenſis, Sveſſionenſis, & Monaſterii S. Criſpini majoris. In Martyrologiis Eccleſiæ Ambianenſis ſic legitur: ,, Cal. Octobr. Tornaco S. Pia-

tonis

„ tonis Presbyteri, & Martyris, qui cum B. Dionyſio,
„ ejuſque ſociis ..,. “ut ſupra.

Nolo terere tempus, referens Litanias & Calendaria, quibus univerſim ſententia de duobus Dionyſiis firmatur. Hæc traditio aſſeritur variis temporibus, & locis a Scriptoribus exploratæ fidei de eo inſtituto, quod in ipſa poſitum contenditur, a Scriptoribus, qui non ſolum ſenſu, ſed fere verbis conveniunt, a Scriptoribus, qui ad primam rei agitatæ originem, quæ veritatis fons eſt, inoffenſa ſerie reducuntur. Oſtendat Natalis has veræ traditionis conditiones in oppoſita opinione, quæ ante ætatem Caroli Magni a nullo Scriptore firmatur, & ad unum Hilduinum, ut ejuſmodi erroris auctorem & principem fontem reducitur.

Ut de aliis Epiſcopis, a Natali relatis, brevi dicamus, ipſe non probat D. Trophimum fuiſſe D. Pauli Apoſtoli diſcipulum, adferens epiſtolam V. Zoſimi P. M. ad Antiſtites Gallos miſſam, ubi inquit: „ Ad quam (Ur-
„ bem Arelatenſem) primus ex hac ſede Trophimus
„ ſummus Antiſtes, ex cujus fonte totæ Galliæ fidei ri-
„ vulos acceperunt, directus eſt. “ Nam a Zoſimo D. Trophimus nec Pauli Diſcipulus nuncupatur, nec a Petro, ſed a ſede Apoſtolica miſſus dicitur. Non opus erat (urget Natalis) eum ab ipſo Zoſimo talem vocari; quum ex Actuum XXI. cap. & ex cap. ultimo II. Epiſtolæ ad Timotheum clare effulgeat. Pro aſſerto certoque ponitur id, quod quæritur. Nullius roboris id eſt, quod ex Martyrologiis corruptis Adonis & Bedæ, ac ex libro corrupto de Feſtivitatibus Apoſtolorum educitur. Nullius etiam ponderis ea ſunt, quæ ex Zoſimi epiſtola de Trophimo eruuntur. Quis ignorat Pontificis Epiſtolis, in quibus quidpiam narratur, tantum eſſe fidei, ac auctoritatis, quantum illis ineſt, qui ſuggeſſerint? Quod ex Trophimo, velut fonte, omnes alios hauſiſſe refertur, movere nos non debet; ab iis enim ſuggeſtum eſt, a quibus liber ſupplex oblatus fuit. De libro ſupplici, ab Epiſcopis Provinciæ Viennenſis D. Leonis P. M. anno CCCCL. porrecto idem profertur.

Probabilius eſt, D. Creſcentem Gallias nunquam pe-

tiſſe. Hæc ſententia penitus adprobatur, tum ex veteri Martyrologio Romano, a Roſvveydo edito: „XXVII. Junii: apud Galatiam Creſcentis Diſcipuli „ B. Pauli Apoſtoli: “ tum Martyrologio, Bedæ adſcripto, & evulgato: “ XXVII. Junii apud Galatiam B. „ Creſcentis Epiſcopi diſcipuli Pauli Apoſtoli: “ tum ex veteri Martyrologio Antiſſiodorenſi, in Bibliotheca Thuanea ſervato: „ XXVII. Junii: apud Galatiam B. „ Creſcentis diſcipuli Pauli Apoſtoli: “ tum ex abbreviato Chronico Hugonis Victorini, vel alterius, quod in Bibliotheca S. Victoris extat: „ XXVII. Junii: „ apud Galatiam S. Creſcentis diſcipuli Pauli Apoſto- „ li, qui Galatas uſque ad beatum finem vitæ ſuæ in „ opera Domini confortavit: “ tum ex veteribus Viennenſis Eccleſiæ Litaniis, ubi nullus Creſcens legitur: quod manifeſtat primis æræ Chriſtianæ ævis Creſcentem Viennæ incognitum fuiſſe. Aliæ producantur Eccleſiarum Romanæ, Lugdunenſis, Pariſienſis Litaniæ, ubi nec Petrus, nec Photinus, nec Dionyſius invocetur. Ab hac animadverſione, in hoc inſtituto ad demonſtrationem accedente, res conficitur.

Apud Euſebium Hilduini, ac Chriſtophorſoni, & apud Paulum non Gallias, ſed Galatiam conſcendit. Ado, Uſuardus, & Baronius aſſerunt Creſcentem in Gallia naturæ ceſſiſſe, & Sopronius, ac Chronicum Alexandrinum aſſerunt Creſcentem obiiſſe eo loci, quo ab initio Evangelium promulgavit. Ideo mendum in textu Sophronii, ac Chronici irrepſiſſe, ibique hoc verbum in Galliis hujus verbi loco, in Galatia ſcriptum fuiſſe cenſendum eſt. Epiphanius & Theodoretus de legitima Pauli Epiſtola contendunt, ac in ea Creſcentis Galatiam adventus ſemper intactus permanſit.

Ex eo ſententia fortiter firmatur, qua Creſcentem Gallias nunquam adiiſſe cenſetur. Univerſali Eccleſiæ, apud quam hodierna Pauli lectio continuo manſit, quam Theodoreto, & Epiphanio, adhærere opus eſt.

Ea, quæ ab Uſuardo, Adone, ac Baronio de Creſcente Gallias petente in Martyrologiis narrantur, cum præfatis componantur, & ſtatim ex dubiis Hiſtoriis addita judicabuntur.

So-

Sophronius, ac Chronicum Alexandrinum teſtantur Creſcentem in Galliis obiiſſe, quem in Galatia Aſiatica denatum fuiſſe Martyrologia promulgant. Quomodo Creſcens, ſi in Galliis obierit, in Galatia coronatus eſt, ut ex Annalibus, & Baronii Martyrologio innoteſcit?

Ne Paulus Narbonenſis ſilentio involvatur, Hiſtoria ex MS. Narbonenſibus, a Boſqueto edita, ne unum quidem verbum facit, quo ſive Paulus Sergius, vel Pauli diſcipulus aſſeratur.

Præterea in Martyrologio MS. Hieronymo adſcripto, ac in Bibliotheca Corbejenſi ſervato tantum habetur: „ In Civitate Narbona S. Pauli Epiſcopi & Confeſ„ ſoris. "

In veteri MS. Martyrologio Eccleſiæ D. Saturnini Toloſani: „ Apud Narbonam Civitatem Natale Pauli „ Epiſcopi & Confeſſoris. " In veteri Martyrologio MS. Atrebatenſi: „ XI. Cal. April. in Narbona Civi„ tate S. Pauli Epiſcopi, & Confeſſoris, quem ita do„ meſticus labor, & tribulatio exercuit, ut eum ve„ rum eſſe Dei famulum approbaret. " In veteri Martyrologio Remenſi MS. „ XII. Decembris: apud Nar„ bonam Urbem depoſitio B. Pauli Epiſcopi & Con„ feſſoris. " In veteri Antiſiodorenſi MS. XII. De„ cembr. apud Septimoniam Urbem Narbonam depo„ ſitio B. Pauli Epiſcopi, & Confeſſoris. " Prudentius, qui IV. Sæculo claruit, in carmine de Cæſarauguſtanis Martyribus canit:

„ Barcino claro Cucufate fulta
„ Surget, & Paulo ſpecioſa Narbo. "

Si Paulum Pauli Apoſtoli diſcipulum cenſuiſſet, hoc animadverſione dignum quodam carmine judicaſſet.

Hiſce præfatis, quæ ex prima traditione procedunt, de hinc ſubjunctum fuit, quod apud Uſuardum, Adonem, alioſque quoſdam legitur. Id ex Martyrologio, D. Hieronymo attributo, clare conſtat: Uſuardus in ſuo Prologo idem adhibuiſſe fatetur. Quod igitur prius traditum fuit, turbatum eſt, quum Pauli ad Hiſpanias acceſſus fama penes Latinos increbuerit. Tunc etenim ab ipſo, Narbonam tranſeunte, Paulum ibidem inſtitutum

Epiſcopum quidam ſcripſere; alii vero aliter locuti, Paulum Sergium cum Narbonenſi confudere; quod nominum ſimilitudine obtentum eſt. At nullus horum Scriptorum eſt vetuſtior, ac probatior iiſdem, qui a me in medium adducti ſunt.

In dubium vertitur Martyrologium, cujus mentio apud D. Gregorium P. M. habetur, eſſe illud quod ab Adone in Italia agente eſt ſcriptum, & in Martyrologii ſui fronte conſtituit. Sit idemmet, iis exceptis, poſtea additis: adhuc animo pendemus ſuper ea, quæ poſt Gregorii ætatem addita fuerunt, utrum hæc ad ea ſolum ſpectant, quæ poſt obitum Gregorii advenere. Tota difficultas ſita eſt in iis, quæ Martyrologii conditorem præceſſerunt, prætermiſſa non omitti, ſed in Martyrologium induci potuerunt. Additiones hujuſce rationis omnino patent, dum verum Scriptoris exemplar cum Apographis confertur. Non eſt exploratum de Paulo, Narbonenſi Gregorium locutum fuiſſe, & ſi de eo ipſe locutus fuerit, eum dixiſſe Apoſtolorum Diſcipulum.

Poſtrema hæc verba ſæculorum curſu adjici potuere: plurium enim Eccleſiarum Martyrologia hiſce verbis carent. Incertis certa, recentioribus vetuſta opponuntur, ut Gregorii Turonenſis Hiſtoria, & Pauli Narbonenſis vita.

Neceſſe eſt hic agere de auctoritate fideque Severi[a] qui ea, quæ de Gallica Aurelii perſecutione edidit ad arbitrium, & abſque auctore nequaquam protulit.

„ Non peperci (in præfatione ipſe ait) labori meo, „ quin ea, que permultis voluminibus præſcripta con„ tinebantur, duobus libellis concluderem, ita brevitati „ ſtudens, ut pene geſtis nihil ſubduxerim. “ Extabant ex Alexandro Natali literæ, quibus productæ fuere paſſiones Martyrum, qui decennali Diocletiani perſecutione laureis decorati ſunt. Cur non extabant ſchedulæ, quibus innixus Severus ſcripſit, „ ſub Aurelio pri„ mum intra Gallias viſa Martyria ? “ Id ex arbitrio ac abſque auctore pernegatum eſt. Tantæ auctoritatis eſt in re Hiſtorica, ut ipſi juxta traditionem, præcipue de S. Dionyſio, tanta teſtium nube firmatam,

ut

ut vidimus, credi debeat. Alexander, ut falſitatem E-
pochæ ab illo conſtitutæ oſtendat, profert in medium
quoſdam errores, in quos de rebus, a noſtra quæſtione
longe diſſitis lapſus eſt; & in eadem diſſertatione (*a*) præ-
bet abunde fidem Sophronio & Chronico Alexandrino,
a quibus dicitur, Creſcentem in Galliis obiiſſe, quem
in Galatia Aſiatica deceſſiſse omnia Martyrologia teſtan-
tur. „ Etſi (inquit) enim de loco mortis ipſius a cæ-
„ teris Auctoribus diſſentiant (ideſt errent); ipſis
„ tamen cum eis convenit de ejus in Gallia adven-
„ tu. “ Ita Sulpitius cum Tertulliano, Euſebio, Ta-
cito convenit.

Contendit Natalis, Uſuardum ex mendoſo Bedæ Mar-
tyrologio hauſiſſe id, quod de duplici Dionyſio aſſerit.
At cur huic uni ſuccenſet? Novit non unius Bedæ id eſ-
ſe, quod mendum appellat, ſed omnium Galliæ Marty-
rologiorum, præcipue eorum Auctorum, qui Bedam præ-
cedebant. Unum eumdem Dionyſium & Pariſiis, & A-
thenis variis diebus variiſque nominibus celebrari, ipſe
ait. Dum Athenis Dionyſii Areopagitæ Natalis agi dici-
tur, non (inquit) intelligitur ejus triumphus, ibi du-
ctus, ſed triumphi Pariſiis ducti memoria peracta. Quid
igitur, ſi ex adverſo hoc reſponſum in eum, de unico
Dionyſio dimicantem, retorqueam, inquiens, dum Lu-
tetiæ Areopagitæ dies natalis agitari aſſeritur, ex hoc
non ibidem peractum ejus triumphum ſignificari; ſed
peracti Athenis triumphi mentionem? Quid reponet?
Quo ſe pacto defendet? Quod diſcrimen oſtendet? U-
trobique etenim Natale, utrobique ſupplicia, utrobique
adimpletum Martyrium. Ergo aut eum in utraque
Urbe denatum ea verba explicant, aut in neutra. Duo
igitur extiterunt; quod duplici loco obire unus nequit.
Duo ex diverſo mortis genere indicuntur. Dionyſium
enim ſecuri percuſſum fuiſſe nullus ignorat: a Latinis
Martyrologiis non explicatur ſuplicii genus, quo Athe-
nis ſublatus fuerit. Verum id produnt Græcorum Syna-
xaria, a quibus is igni damnatus traditur. Aut Nata-
lis me doceat, unum eundemque hominem Lutetiæ ca-
pite præcidi, Athenis flammis abſumi poſſe; aut duos
Dio-

(a) *n. 164. edit. Pariſ.*

Dionyſios in Gallicis Martyrologiis ſecernat. Pręterea animadvertendum eſt, Dionyſio, cujus mentio V. Non. Octob. fit, nullum Comitem aſſignari; eum vero, cujus memoria VII. Non. Octob. celebratur, Comites habere. Sępius primus vocatur Areopagita: alter nunquam. Secundi Triumphum ſub Pręfecto Feſcennino actum fuiſſe aſſerunt, omiſſo Cęſaris aut Præfecti nomine, ſub quo primus paſſus fuerit. Ulterius Dionyſius Pariſienſis ex Martyrologiis laudatis cum Piatone ſub Maximiano, ac Diocletiano florente, ſocietatem iniit.

Denique aſſeritur, Martyrologia Gallica ab Uſuardi Martyrologio exſcripta fuiſſe. Etiam illa, quę ante Sęculum Uſuardi, qui ſub imperio Caroli Magni claruit, in Eccleſiis legebantur?

Multa verba ſecimus de Epiſcopis & Martyribus ibi deſcriptis; Apoſtolorum, ſeu Chriſti Diſcipulis, quos in Galliis extitiſſe fama eſt; ſed haud ſatis ad argumentum noſtrum appoſite. Nam ab inſtituto aliena loquimur; dum eos obtrudimus, de quibus non minor, quam de Sabiniano, controverſia ſtrepitat.

Conſulte & appoſite D. Sabiniani rem conferamus. Uſuardus aſſerit SS. Sabinianum, & Potentianum a Pontifice Romano ad prędicandum directos fuiſſe. Ex hoc inferri nequit, eos a D. Petro miſſos eſſe. Hoc individuum eſt homo; Ergo eſt Petrus. Optima conſecutio. Hic homo eſt Pontifex Romanus; Ergo eſt D. Petrus. A ſpecie ad individua deſcendimus. Ea propter ex Uſuardo, qui affirmat, DD. Martyres laudatos a Pontifice Romano miſſos fuiſſe, non poſſumus inferre, eos a D. Petro in Gallias directos eſſe. Uſuardi ſententiam ex plurium Eccleſiarum Martyrologiis firmavi. Quæro, an rerum veterum notio ad recentiores potius, quam ad vetuſtiores Scriptores acceſſit? Undenam Ado, aliique noviſſimi horum Martyrum miſſionem, a D. Petro edictam, eruere potuerunt, quum veteres Auctores D. Petrum ſilentio involvant?

Non infimum vetuſtatis argumentum ex Manuali Senonenſi, anno MDLV. pręlo ſubjecto, & antiquitus conſcripto protuli; quod Sabinianum, & Potentianum

Lau-

Laurentio Archidiacono Romano, ſub Valerio Martyrio affecto, ac Vincentio Cęſarauguſtano Diacono, ſub Diocletiano fidei cauſa cęſo, in Litaniis, poſtpoſuerit. Commentis demandabam Acta prędictorum Martyrum apud Surium extantia; quod eadem Auctoris vetuſti, & eruditione referti nomine ſignata non fuerint; quodque SS. prędicti hiſce Actis inducti fuerint a Petro de Natalibus ex Vincentio Bellnacenſi, quorum uterque Sęculis noviſſimis, & luteis inter viventes agebat, ac temere & fortuito res veteres deſcribebat.

Ut, Cl. Theologe, S. Sabinianum fuiſſe Epiſcopum Vercellenſem probes, vitę ejuſdem MS. hęc verba refers ubi habetur; „ Contigit diſpoſitione Dei, & affa„ tibus Summi Apoſtolorum Petri, Martyres Chriſti „ Savinianum, Pontianum, & Altinum, Italiam velo„ citer pervolare, ſicque ad ultimum populoſę Gentis „ Galliarum fines expetivere . . . Vercellis autem Fi„ dei Chriſtianę quoſdam Viros cum paucis Mulieribus „ in itineris curſu baptizaverunt, & documentis ſpiri„ tualibus pleniter inſtruxerunt. Enimvero Colle propeta„ to cum his, & aliis compluribus Comitibus B. Savinia„ nus *Noſter Pontifex primus* indefeſſus Urbis Senonum „ peragrat męnia, & ſpiritualibus machinis aggreditur. “ Quęro, an exemplar hujus vitę adhuc extat? Defecit: proferuntur enim verba, quę leguntur in eadem vita, a Modena in ſuis MSS. relata, quę ejus Sęculo (ſcilicet XVI.) prę nimia vetuſtate vix legi poterant. Quęro, quo tempore hęc vita exornata fuerit? A quo Auctore? Quo genere characterum? Modena hęc omnia ſilentio premit. Ex quo hujus ſcriptionis antiquitas nobis non elucet: ex Auctoris incertitudine hujus ſcriptionis veritas nutat. Quęro, an hic Scriptor ſit publicus, aut privatus? Privatus eſt. Igitur recipiendus non eſt, niſi a publica probataque fide firmetur. Adferantur tandem aliquando hujuſmodi rei monumenta publica, ac probata, ſi adſint. Quid multa? Tu, agens adverſus ſtrenuum Sormanum de oratione Birinchi Epiſcopi Vercellenſis, qui ævo VIII. floruit, quique in ea teſtimonium de B. Barnaba perhibuit, certior (*a*) fieri vis de lo-

(a) *Sorm. Eccl. Apoſtol. Mediol. c.* VI. *pag.* 88.

loco, ubi Cuſanus reperit exemplar, quod modo nec in Archivo Euſebiano, nec in cunctis Urbis monumentis non adinvenitur. Ita quiſque noſtrum hoc argumento uti poteſt, petens exemplar, & non exſcriptum, & ſcrutans locum, ubi illud olim ſervabatur, & præbens Modenæ dictis parem fidem, quam Cuſano attribuis.

Præterea ex præfatis verbis: „ B. Savinianus noſter „ Pontifex primus: “ eruere non poſſumus, eum fuiſſe Pontificem Vercellenſem; quod, etſi ille dicatur Pontifex, Eccleſiæ, cui præfuit, nomen omittitur; etſi notum ſit, eum in Urbe Scriptoris ſediſſe, Urbs Scriptoris nos latet. Quia ipſe eſt Anonimus, cenſetur Scriptor Vercellenſis. A quibus? Quo fundamento? Ex conjecturis nunquam rei hiſtoricæ veritas enitet. „ Qui per „ opiniones ſcribunt (hæc tertia Hiſtoriæ lex eſt) re„ cipiendi non ſunt. “ Hic Anonimi textus neque probabile argumentum nobis ſuppeditat. Nam juxta critices regulas, præter Auctores ſacros, nullus Hiſtoricus certus eſſe poteſt, id eſt idoneus ad faciendam certam fidem; & nonnulli Hiſtorici graves, & fide digni probabile argumentum ſuppeditant.

Tu D. Barnabam Italia expellis, inſiſtens incertitudini anni, quo Apoſtolus ad nos pervenit. Pari jure quiſque S. Sabinianum ex ſede Vercellenſi projicere poteſt; quum MS. exſcriptum, annum, quo ille Vercellis ſedit, incertum reliquit, tuam elegantem phraſim adhibens: „ Piget (a) me nimium eſſe terrificum. “

A te humiliter peto, ut prædicatam MS. D. Sabiniani vitam prælo mandes.

Ut D. Sabinianum in Epiſcopali Cathedra Vercellenſi retineas, aſſeris: „ Habemus D. Sabinianum Vercellis „ prædicaſſe, & baptizâſse, quæ tunc munia erant. “ Et nunc munia non ſunt Epiſcopalia? Pontianus, & Altinus Vercellis prædicaverunt, & baptizaverunt, ut MS. refert; Ergo Epiſcopi Vercellenſes ſunt. Ex his enim muneribus peractis dignitas Epiſcopalis infertur. D. Paulus Apoſtolus ubivis, præcipue Romæ, indeſeſſe prædicabat, & baptizabat; Ergo ubique, & præcipue Romæ

(a) *Serm. ibi c.* VIII. *pag.* 142.

Romæ Epiſcopus fuit. Quis negat Sabinianum Roma profectum uſque ad ultima Galliarum ubique in itineris curſu hæc munera obiiſse? Ergo fuit Epiſcopus omnium Urbium, quas rapido pede attigit. „ Seniores .... paſcite (ait D. Petrus) qui (a) in vobis „ eſt, gregem Dei providentes. “ Præter laudata munia Epiſcopis opus eſt regere, providere, curare, circumſpicere, & luſtrare, & Diœceſis negotia peragere ; ut verbum *Epiſcopus* Inſpectorem ſignificat.

Demum præfata munera, ſcilicet prædicare, & baptizare ad Apoſtolos, ad Epiſcopos, & ad Presbyteros, ut legatos ſpectant. Qua ratione ducti D. Sabiniano, ut Epiſcopo, eadem adſcribere debemus?

In Hiſtoria ibi a te citata legitur de D. Barnaba, qui primus Mediolanenſis Archiepiſcopus ſtatuitur : „ Aliquot in eadem (Urbe) moratus diebus. “ In MS. vita ſæpe dicta non legitur: D. Sabinianus Vercellis, aliquot moratus eſt diebus ; immo dicitur : „ Italiam velociter pervolate ...... per tantæ inquie„ tudinis viam ..... in itineris curſu .... Colle pro„ perato ..... “ Ubi mora, licet brevis, & aliquot dierum expenditur?

„ Conjectura, quam (inquis) affert, nempe (b) cultum „ intermiſſum fuiſse; quia procedente tempore conſti„ tit eos Vercellenſes Epiſcopos non fuiſse, par eſt reli„ quis .... Nam quamvis Epiſcopi Vercellenſes non „ fuiſsent, ideone deſinebant eſse Sancti? “ Mei textus ſenſus corrumpitur, & adulteratur. Hæc verba ſunt. „ Si Sanctus Sabinianus (eloquitur, ſcilicet cla„ re & aperte, Iricus) & Socii celebantur peculiari „ celebritate in Eccleſia Vercellenſi, tenquam (adno„ ta) *proprii ſuæ Urbis, & diœceſis Epiſcopi* (tem„ pore, quo illa uſum ritus Euſebiani habebat) qua„ re eadem eodem cultu, (ſcilicet cultu eorum tan„ quam propriorum ſuæ Urbis, & Diœceſis Epiſcopo„ rum) tempore, quo Ritum Romanum ſumpſit, & re„ tinet, illos non proſequitur? “ Attuli cultum intermiſsum eorum, non ut Sanctorum, ſed ut propriorum ſuæ Urbis Epiſcoporum.

Quare

(a) 1. *Ep.* 5. (b) *pag.* 73.

Quare noviſſimo tempore, quo Eminentiſſimi Caroli Vincentii Ferrerii, Eccleſiæ Euſebianæ Præſulis zelo, ac opera reſtituta ſunt Officia omnium Sanctorum, in veteribus Kalendariis deſcriptorum, ex quorum numero ſunt Sabinianus, & Martialis, iidem non coluntur ut Epiſcopi Vercellenſes, uti olim colebantur? Quare in recentibus Kalendariis eorum, ut Epiſcopotum Vercellenſium, Feſta non ſignantur?

Veterum Officiorum approbatio non ea res eſt, in qua laboris multum, ac occupationis plurimum adhibendum erat. Lectiones, Orationes, Miſſamque proprias Romano judicio tantum ſubjicere opus erat. Cunctæ Eccleſiæ, pietatis, gratitudinis, amoris, zelique impetu ductæ, primos Religionis Satóres, primoſque Antiſtites ſingularibus obſequiis, ac ritibus venerantur, eoſque ſub titulo primorum ſuorum Præſulum promulgant, ac extollunt. Cur Eccleſia Vercellenſis non admodum æſtuat, ac totis viribus operam non navat, ut S. Sabinianus, uti primus Epiſcopus, teneatur & colatur? Quia ab ea ille non cenſetur primus ſuus Antiſtes; immo Kalendaria vetera, quibus olim is Epiſcopi Vercellenſis inſtar proferebatur, eadem juxta decreta Concilii Tridentini correcta, nævisque purgata fuere.

Dum D. Sabinianus proditur, ut Epiſcopus Vercellenſis, injuria D. Petrus afficitur, & Vercellarum glória non augetur, ſed deprimitur. Nam pari jure majorique noſtro decore juxta tua appoſita principia, D. Petrus primus Epiſcopus Vercellenſis fuit, & appellari poteſt. D. Petrus enim Vercellis prædicavit, ut tu ſuſtines. Quiſnam poteſt negare quoſdam Cives ab ipſo ad Chriſti fidem converſos, eoſque aquis luſtralibus ab ipſo initiatos fuiſſe?

Ipſe Vercellis adimplevit munia Epiſcopalia, quæ ex tua mente tunc erant; Ergo primus Epiſcopus Vercellenſis fuit. Quid plura? Quum certo certius ſit, D. Sabinianum fuiſſe Senonum Præſulem, eſt, cur præfatum MS. uni e numero Senonum adſcribatur.

A me, quærente cauſam, qua prætermittis, in efformanda

manda

manda primorum Præſulum ſerie, Potentianum, & Altinum, Sabiniani Socios, quæris; quare Mediolanenſes inter ſuos Epiſcopos non ſtatuunt omnes Socios D. Barnabæ? Quare (quæris) etiam non ſtatuunt inter ſuos Epiſcopos Marcum Comitem Barnabæ? Quiſnam eſt hic homo? Non eſt Marcus Evangeliſta. Forſaſſe Marcus Eremita erit? novi D. Petrum Eccleſiæ Romanæ Fundatorem, & Epiſcopum: novi D. Paulum Romæ D. Petri adjutorem: novi D. Paulum una tabula cum D. Petro expreſſum; at nunquam Pontificis Romani ſpeciem præſeferentem. Novi ex teſtimonio Modenæ vetuſtiſſimam effigiem trium (*a*) Pontificum Sabiniani, Pontentiani, & Martialis unica tabula depictam fuiſſe. Tu Potentianum, & Altinum inter Epiſcopos Vercellenſes non ſtatuis; quia in Kalendariis vetuſtis Sabinianum, & Martialem dumtaxat Epiſcopos Vercellenſes appellatos legis. Et ego in Emendatis Kalendariis, hodie ab Eccleſia Vercellenſi adhibitis, nec Potentianum, nec Altinum, nec Sabinianum, nec Martialem reperio. Confundamus, quæſo, & permiſceamus illa Kalendaria vetuſta cum præfata tabula; quia hæc omnia apud plurimos pari fide ac auctoritate pollent. Contendere ita non poſſum, ut ſatis de iis faciam. Hæc omnia, longius producta, a tua eruditione reſponſionem expectant, & merentur.

IN §. IV. EJUSDEM CAPITIS

De D. Martialis Epocha, & Epiſcopatu Vercellenſi

ANIMADVERSIO IV.

NE hac de re late & longe ſermo inſtituatur, rogo te, ut rurſus legas III. caput meæ Diſſertationis, quo impugno opiniones Natalis, ac Annati, quos nunc opponis, quoſque ego jam præoccupavi. Gregorius Turonenſis, quamvis ſcripſerit (*b*) Saturninum (ut fertur) ab

(a) *Diſſert. Filepp.* § 11.
(b) *Lib.* 1. *de miracul. cap.* 38.

ab Apoſtolorum Diſcipulis ordinatum Urbem Toloſatium miſſe, tamen in Hiſtoria (a) Francorum, quæ eſt illius ultimum opus, hunc vulgi rumorem rejecit. Ex Gregorii textu clare enitet, eum ſponte, & ex propria mente non extendete ad alios laudatos Epiſcopos Epocham, a Scriptore paſſionis D. Saturnini eidem ſub Decio ſtatutam.

Hiſtoria Saturnini apud Surium edita, nihil de ſex aliis Præſulibus continet. Quid inde? Quis cenſeat Gregorium in figenda D. Gratiani Antiſtitis Turonenſis Epocha in errorem delapſum? Nam eidem Eccleſiæ ſuæ Tabularia explorata, & perſpecta fuerunt. Idem par eſt cenſere de Stremonii Præſulis epocha, quam Gregorius patria Arvernus, ac adeo in patriis rebus non peregrinus, ignorare non poterat. Qua de cauſa in aliis erraſſe dicatur?

Additur præfatum Hiſtoricum res ex fideli recordatione enarratas hauſiſſe. Ne actum agamus, legatur mea Diſſertatio pag. XXXVI. ubi reſponſum habetur.

Ad diluenda alia objecta, noveris, Gregorium in hac hæreſi non fuiſſe, ut Epiſcopos in Gallia nominatis vetuſtiores nullos fuiſſe æſtimaret. Ante eos Photinum, Irenæum, & illuſtrem Athanacenſium Martyrum turmam commemorat. Gregorii ſimplicitas ad ſtylum, nullo elegantiæ lepore nitentem, meo ſimilem (ut optime dixiſti), non ad credulam mentem attinet.

Ut difficultates, ex Tabulariis, ac Officiis, ex Synodis Lemovicenſibus, ex Petrio Bleſenſi, ex Orderico Vitali, ex Martyrologio Corbejenſi, aliiſque petitæ, ſolvantur, te rogo noviter, ut meam Diſſertationem petas, & legas pag. 37. 38. 39. 40. ubi hæc argumenta jam occupavi. Traditio Lemovicenſium, recentium Martyrologiorum, quæ impugnamus, & evertimus, lectione firmatur.

Neceſſe eſt nunc animum vertere in illam P. Honorati propoſitionem, a te hic allatam: „ Fontes Eccleſiarum „ traditionum appello Auctores Eccleſiaſticos, qui nobis „ illas tradiderunt, Martyrologia, Breviaria, alioſque libros Eccleſiæ uſui delectos. “

„ Præ-

(a) *Lib.* 1. *c.* 30.

„ Præter Auctores ſacros (haſce regulas ſæpius repete-
„ re opus eſt) nullus Hiſtoricus certus eſſe poteſt , ideſt
„ idoneus ad faciendam fidem . Hiſtorici graves ac fide
„ digni , quales nonnulli ſine dubio & in Eccleſiaſticis ,
„ & in ſæcularibus fuere, probabile argumentum . . . .
„ ſuppeditant . Si omnes probati ac graves in eamdem
„ rem geſtam concurrant , tunc ex horum auctoritate cer-
„ tum argumentum promitur . “ Igitur nobis oſtendas omnes probatos , ac graves Hiſtoricos in aſſerendam D. Martialis Epiſcopalem Sedem Vercellenſem concurrentes; & tunc certum argumentum hac de re præbebis. Oſtendas nonnullos Hiſtoricos graves , ac fide dignos , qui hanc rem affirment ; & tunc probabile argumentum adferes . Minus peto : vel unum oſtendas Scriptorem , ſi reperietur .

Verum adferuntur Kalendaria Euſebiana . Adferas adhuc Breviaria, Miſſalia , alioſque libros , Eccleſiæ uſui delectos . Kalendaria , & Breviaria emendanda pronuntio . Et enormi hæreſi ducor?

Pronuntiavit indiſcriminatim hanc ſententiam Seſſione XXV. Concilium Tridentinum : „ Sacroſancta Syno-
„ dus in II. Seſſione ſub SS. Domino noſtro Pio IV. ce-
„ lebrata , delectis quibuſdam Patribus commiſit , ut de
„ variis cenſuris, ac libris vel ſuſpectis , vel pernicio-
„ ſis quid de facto opus eſſet, conſiderent , atque ad ip-
„ ſam Sanctam Synodum referrent : audiens nunc huic
„ operi ab eis extremam manum impoſitam eſſe , nec ta-
„ men ob librorum varietatem , & multitudinem diſtin-
„ cte , & commode poſſit a Sancta Synodo dijudicari ,
„ præcipit , ut quidquid ab illis præſtitum eſt , SS. Ro-
„ mano Pontifici exhibeatur , ut ejus judicio, & auctori-
„ tate terminetur, & evulgetur . Idemque de Catechiſ-
„ mo a Patribus, quibus illud mandatum fuerat , & de
„ Miſſali , & Breviario fieri mandat .

Remenſis Synodus Provincialis anno MDLXIV. edictum Concilii Tridentini in Congregatione VI. executioni mandavit . Synodus Diœceſana Ebroicenſis anno MDLXXVII. Synodus Provincialis Rotomagenſis anno MDLXXXI. Synodus Provincialis Remenſis iterum anno MDLXXXIII. habita . Synodus Provincialis Burdegalenſis

cap. IV. eodem anno inita: Synodus Turonenſis Provincialis eodem anno celebrata cap. de Parœciis & Presbyteris: Synodus Provincialis Narbonenſis anno MDCIX. collecta, rem de correctione Miſſalium, Breviariorum, plenius confecere. Alias Synodos prætermitto.

Si Tridentina cæteræque Synodi ſtatuerunt, corrigenda eſſe Breviaria, ac Martyrologia, cur, optime Vir, in me invehis? Cur laudata Concilia eorum correctionem ſtatuunt? Quia multa in iis & pietati, & veritati haud conſentanea irrepſere.

Eccleſia Vercellenſis & ipſa ad adimplendam Concilii Tridentini mentem operam navavit, rejiciens illa Kalendaria, quæ tu in lucem prodis, & ardente Marte tueris. „ XIX. Octob. (legebatur in illis Kalendariis MSS.) „ S. Sabiniani Martyris Epiſcopi Vercellenſis; & XXX. „ Junii: S. Martialis Apoſtoli Epiſcopi Vercellenſis. " Hoc tempore in Kalendario Euſebiano Vercellenſibus typis anno MDCCXLIII. excuſo legitur (a) XIX. Februarii: „ S. Martialis Epiſcopi, & Martyris ex Diſcipulis „ Domini: XXXI. Martii: SS. Sabiniani Epiſcopi, & „ Potentiani Martyris. " Ubi ſunt verba: *Epiſcopi Vercellenſis*? Igitur Eccleſia Vercellenſis illa Kalendaria ab errore revocavit; quod ea animadverſionibus, & emendatione digna noverit. Præterea ibidem ab initio reperitur: XIII. Februarii S. Petri Epiſcopi Vercell. Conf. VIII. Aprilis: S. Alberti Epiſcopi Vercell. Conf. XIII. Maii. Translatio S. Æmiliani Epiſc. Vercell. & Conf. Unde hocce diſcrimen inter DD. Petrum, Albertum, Æmilianum, & DD. Sabinianum & Martialem procedit? Non eſt emendatio, qua Eccleſia Vercellenſis veros & legitimos Epiſcopos Vercellenſes ab alienis, intruſis, falſiſque ſecernit? Sequentia recens edita idem ſignificant. Quiſquis poteſt adjungere illa Kalendaria fragmento MS. a Modena relato, quod jure cenſemus eſſe opus infauſti Sæculi, quo ab Ugone Abbate, de quo mentionem in Diſſertatione mea ago, S. Martialis in Litaniis in Apoſtolos primum deſcriptus fuit quodque cenſemus eſſe partem cujuſdam exemplaris, exſcripti ex Archetypis licentia præfati Ugonis, ejuſque Sociorum, aut ſimilium Con-

(a) *pag.* 7.

Conſlatorum adornatis. Præterea S. Martialis tum in Litaniis præfatis, tum in Kalendariis laudatis Vercellenſibus titulo Apoſtoli extollitur. Quæ omnia ejuſdem Sæculi, ac ſequentium fœtus cenſeri debent. Ea Sæculo VIII. concedantur. Quid tum denique? Nos urgere poſſunt? Nequaquam: quia ab ævo Martialis longiſſime recedunt, & lex critices monumenta coæva, aut ſupparia certa, firma; ac probata exigit.

Neceſſe eſt Tui cauſa excubias agere; ne mei textus in adverſas ſignificationes, & in obliquos ſenſus infle-ctantur, & præcidantur. Adfers hunc textum mutilatum:
„ Quædam in iis (Kalendariis) inſerta, nullo Roma-
„ næ Eccleſiæ judicio. “ „ Quid (ais) quid inde?
„ Ergone in Hiſtoria ea dumtaxat fidem humanam me-
„ rentur, quæ publico Eccleſiæ judicio ſunt comproba-
„ ta? Ita quidem neceſſario foret, ſi ejus aſſertum ali-
„ quid evinceret, uti eſt manifeſtum. “ Proh Deus immortalis! Quis neſciat abſque ullo Romanæ Eccleſiæ judicio plurimos Hiſtoricos apud omnes auctoritate & æſtimatione admodum pollere? Sunt enim in profanis Auctoribus non pauci, quorum ingenuitas, & verecundia ſic hominum ſermone celebrata eſt, ut nemo illos unquam mendaces, & in fingendo impudentes exiſtimaverit: quales ſunt Cæſar, Valerius Maximus, Terentius, Varro, Livius, Cornelius Tacitus, Seneca, Ammius, Marcellinus, Eutropius, aliique plurimi. Geſta & Annales quatuor Monarchiatum non poſſunt negari, & rejici ab aliquo: quia ſolum publica fide notabantur, & in Bibliothecis aut in Archivis ſervabantur.

Quamvis obvius, ac legitimus mei textus ſenſus clare effulgeat, tibi volenti illum explico. „ Kalendaria
„ (dixi) & Breviaria apud nos, quo ad humanam Hi-
„ ſtoriam, ea auctoritate pollent, quam hac tempeſta-
„ te apud Criticos obtinent. “ Ne me carperent nonnulli, qui in Kalendariis, & in ſacris Breviariis, ſicut in epiſtolis & decretis Pontificiis geſtorum mentiones, ut Eccleſiæ Oracula, accipiunt, & ut fidei dogmata colunt, poſtea addidi: „ Quædam in iis inſerta ſunt,
„ nullo publico Romanæ Eccleſiæ judicio, ſed privato-
„ rum quotundam hominum ſtudio, quibus efformandi,

„ vel corrigendi Breviaria cura demandata eſt. Hic
„ ſenſus clarius patet ex Epiſtolis & Decretis Pontifi-
„ cum, præcipue Benedicti XIV. P. M. ſtatuentis A-
„ poſtolicam Sedem non judicare, inconcuſſæ eſſe, &
„ certiſſimæ veritatis quæcumque in Martyrologium Ro-
„ manum inſerta ſunt. “ Utcumque (repetis) doctri-
„ na (a) Cani, & Oraculum Benedicti XIV. prorſus
„ abſurde & extra Chorum afferantur, liquido conſtat
„ id ſentire Diſſertatorem noſtrum, ut Kalendaria nul-
„ lam mereantur fidem, ſi Eccleſiæ certo judicio non
„ comprobentur. “

Ut quo ad reliqua, quæ ibi opponuntur, faciam ſatis, aſſero Martyrologia, ac Breviaria antiquiſſima, geſtis allatis coæva, aut ſupparia eſſe Eccleſiaſticarum traditionum fontes. Quis de prædicta eorum vetuſtate, ac præfatis conditionibus certo certior eſſe poterit? Obſerventur temporum viciſſitudines, Sæculorum ruditas, & frequens Martyrologiorum mutatio, & ſtatim patebit neceſſitas eorum emendationis, ſive animadverſionis, efficiendæ, & innixæ rerum traditionibus, juxta leges aſſerendæ veritatis exploratis. Ut inducerem ad propulſandam falſam opinionem eos, qui ea geſta, in Kalendariis ac Breviariis allata, venerantur, tanquam Eccleſiæ Oracula, & inconcuſſæ & certiſſimæ veritatis monumenta, protuli errorem plurium Kalendariorum, in quem de Conſtantini baptiſmate inciderunt. Tandem dum res recentes ac incertas in controverſiam adduco, propriæ Eccleſiæ, quam, ut filius, ſummis obſequiis proſequor, ullam labem non infero; immo meas vigilias veritati, & veræ gloriæ Vercellenſi dico, ut illæ quæſtionibus ventilatæ clareſcant. Incumbe, Cl. Vir, ut difficultates ibi adductas dirimas, ac omnino profliges.

(a) *pag.* 82.

IN

IN V. §. CAPITIS I.

De Sedium Epiſcopalium mutatione primis Æræ Chriſtianæ temporibus in Eccleſia Occidentali non inducta

ANIMADVERSIO V.

IN prima tua Diſſertatione, Cl. Theologe, aſſeris frequenter Apoſtolos, & Apoſtolorum Diſcipulos Sedes Epiſcopales mutaſſe. Sedium Epiſcopalium mutationes a veteri Eccleſiaſticæ Diſciplinæ more damnatas, & apud Occidentem Epiſcopum inſtar ſponſi primis Eccleſiæ annis habitum fuiſſe propugnavi.

In tuis Vindiciis affirmas tuam doctrinam paſſim veluti hiſtoricum dogma a Scriptoribus tradi. Ego nondum ab Hiſtoricorum ſocietate interdictus ſum, quamvis hoc dogma rejiciam. „ Ego certe (ais) qui ab hac (ideſt „ tua) ſententia alienus ſit, qui iſta non docuerit, no„ vi neminem. “

Primum animadvertamus hanc propoſitionem, a te editam: „ Quum aliquam Eccleſiam aliquando excoluiſſent „ (Apoſtoli) & gubernaſſent, ad alias properabant.... „ Ex quo factum eſt, ut plures Eccleſiæ unum eumdem„ que in Epiſcopum, & Apoſtolum ſucceſſive habue„ rint. “ Aſſeris D. Petrum Vercellis prima Evangelii ſemina fudiſſe, & originem Eccleſiæ Vercellenſis ad D. Petrum primo refers. Ex prædictis infero D. Petrum fuiſſe primum Antiſtitem Vercellenſem. Quare acriter ſuſtines D. Sabinianum primam Sedem Epiſcopalem obtinuiſſe? Quare in D. Petrum, & Vercellas injurioſus eſſe vis?

Exordium tuarum vindiciarum hac de re ab auctoritate, & præſtantia Alexandri Natalis petis, declamans: Audi audi Virum præſtantiſſimum. „ Audio eum, qui Euſebium parum elevat, & huc inducit. “ Denique (ait) quum Apoſtolorum Diſcipulis ſolemne fuerit, dilatandæ per univerſum Orbem fidei gratia *relictis Sedibus*, quas fundaverant, ad alias Regiones & Gentes

migrare, ut teſtatur Euſebius lib. 3. Hiſt. Eccl. c. 31. Euſebius ibi ſermonem facit nec de relictis Sedibus, nec de Diſcipulis Epiſcopis, prædicti capitis titulum figens: De Evangeliſtis, qui erant Apoſtolorum Diſcipuli. „ Qui quum in locis quibuſdam peregrinis fidei *dumtaxat* jeciſſent fundamenta, Paſtoreſque alios conſtituiſſent, illiſque curam eorum, qui ad fidem nuper erant adducti, doctrina Chriſti ſedulo excolendorum commiſiſſent, ipſi ad alias Regiones, Genteſque cum gratia, & virtute divina ſe contulerunt. " Ubi ſunt relictæ Sedes? Jactis fidei *dumtaxat* fundamentis Paſtores alios conſtituere, & ad alias Regiones & Gentes ſe contulere. Ex quo erui poteſt Apoſtolorum Diſcipulos Epiſcopales Sedes mutaſſe? Ex hoc textu mea ſententia comprobata clarius eluceſcit.

„ Sedium Epiſcopalium (dixi) mutationes vetus Eccleſiaſticæ Diſciplinæ mos damnat. Apud Occidentem Epiſcopum ſponſi inſtar primis Eccleſiæ annis habebatur, & is, qui prima ſua Cathedra omiſſa, alteram adibat, adulterii labe infectus videbatur. " „ Ergo (ais) ergone adulter Petrus, qui ab Antiochena (Eccleſia) ad Romanam: adulter D. Barnabas, qui a Mediolanenſi ad Brixienſem, & ſucceſſive ad Bergomenſem: adulter D. Anathalon, qui a Brixienſi ad Mediolanenſem: adulter D. Dionyſius, qui ab Athenienſi ad Pariſienſem? " Quomodo eo tempore, quo Romam D. Petrus adiit, aliquis Eccleſiaſticæ Diſciplinæ mos apud Occidentem vigere poterat, ſi Eccleſiæ fundamenta ibi non erant. Præterea D. Petrus antea Epiſcopali Sede in Oriente donatus fuit, Sedemque Occiduam non mutavit. Ulterius mos & conſuetudo legis vim obtinet, & lex Legiſlatorem, ac Reipublicæ Caput, & Principem nullatenus attingit. Quoad D. Barnabam tibi reſpondet Clariſſimus Sormanus. Et tu ipſe dum Italicum D. Barnabæ Apoſtolatum ad fabulas rejeciſti, nunc eum mihi exhibes a Mediolanenſi ad Brixienſem, a Brixienſi ad Bergomenſem Eccleſiam tranſlatum. Interim D. Anathalonem habuiſſe unam Diœceſim in Mediolani, ac Brixiæ Urbes effuſam aſſirmo. De D. Dionyſio ad ſatieratem ab initiis diximus.

De-

Dehinc exhibes longum, & a Socrate adornatum Elenchum Antiſtitum, qui a priſtina Sede ad aliam migraverunt. Exponas nomina Epiſcoporum Sedium, & Regionis, qua eædem ſitæ fuerant. Dicam ego brevi id, quod tu apud Natalem non inveniſti, quia non notantur. Epiſcopi, quorum confuſa mentio ab eo fit, apud Orientales plagas florebant. Tu ab Orbe occiduo ad Orientem pede rapido tranſis; & ego firmo pede in Occidente ſtans, te reducem expecto. Apud Occidentem, in quo SS. Sabinianus, & Martialis Epiſcopali munere fungebatur, Epiſcopum ſponſi inſtar haberi primis Eccleſiæ temporibus contendebam. Si hac de re certior eſſe cupis, videas, ac recognoſcas Catalogum Epiſcoporum, a quibus eo tempore Sedes mutatæ fuerunt, & animadvertas, an unus, aut alter eorum apud Eccleſiam Latinam extiterit.

Quum Proclus e Cyzicena Sede Conſtantinopolitanam migraſſet, prolati ſunt in medium (quod apud Socratem lib. VII. cap. XXXV, adnotatur) Alexander ab Urbe quadam Cappadocum ad Hieroſolymitanam, Perigenes a Patrenſi ad Corinthiacam, Gregorius a Saſimis Nazianzum, Meletius a Sebaſte Antiochiam, Doſitheus a Seleucia Tarſum, Reverentius ab Arcis Phœniciæ Tyrum, Joannes a Gordo Lydiæ Proconneſum, Palladius ab Helenopoli Aſponam, Alexander Helenopoli rurſus ad Adrianos, Theoſebius ab Apamea Aſiæ Eudoxiopolim, Polycarpus a Sexantapriſtis Myſiæ Nicopolim Thraciæ, Hierophilus a Trapezopoli Phrygiæ Plotinopolim, Optimus ad Agdamia Phrygiæ Antiochiam Piſidiæ, & Silvanus a Philippopoli Traciæ Troadem tranſlati. Iidem deſcripti fuere adhuc ab Auxilio, Formoſi cauſam agente in libello ad Leonem Nolanum Epiſcopum miſſo cap. XXII. niſi quod etiam Germanum adjunxit, qui ab eadem Cyzico Urbem Regiam, ut Proclus, denato Socrate, petiit. Ipſi ſoli in decreti ſui prologo ab Ivone Carnotenſi enarrantur. Ab Alexandro adducuntur Euſtachius, qui a Borœana ad Antiochenam. Maximus, qui a Dioſpolitana ad Hieroſolymitanam: Eudoxius, qui a Germanica ad Antiochenam, Methodius Martyr, qui a Sede Olympi ad Tyriam

 tranſ-

tranſierunt. Animadvertas, Domine mi, an unus deſcriptorum Præſulum & una ex laudatis Sedibus in Occidente fuerint.

Conſtat apud Orientales, etſi rarius, non primis Eccleſiæ temporibus, translationes ejuſmodi viguiſſe; nunquam & nuſquam apud Occiduos.

Quid prodeſt proferre in medium Pont. Max. Pelagium II. qui anno DLXXXI. floruit, Concilium Toletanum XVI. anno DCXCIII. habitum, Hadrianum II. anno DCCCLXXI. agentem, Stephanum V. anno DCCCLXXXV. Eccleſiam regentem? Eorum decreta & reſponſa poſſunt evertere ea, quæ in Occidente primis æræ vulgaris annis geſta fuere, ne geſta fuerint, ac delere veterem Eccleſiaſticæ diſciplinæ morem, quo a priſtinis ſedibus ad recentes Antiſtitum migratio vetita eo erat, ut olim nunquam fuerit?

Semel & iterum te ſubmiſſe rogo, ne mea aſſerta in diverſum ſenſum abducas. Ut probarem hanc conſuetudinem, de qua nunc agimus, in Orbe Occiduo vigorem conſtanter ſervaſſe, attuli recens exemplum Formoſi, qui ævo IX. hunc morem infregit, relicta Sede Portuenſi, Romanam conſcendit, ad quam antea Preſbyteri, ac Diaconi advecti fuere, Epiſcopis ab exordiis Eccleſiæ Latinæ uſque ad ſæculum IX. penitus excluſis. Quomodo recentibus exemplis veteris diſciplinæ morem demonſtrare novo inſtituto contendo? Hoc adductum momentum non afficit prima Eccleſiæ tempora, ex quo primus Eccleſiæ Latinæ mos innoteſcit? Ex inſtituto primæ Sedis ad probandam aliarum Sedium Occiduarum praxim æque non deſcendimus?

Adductæ ſunt Synodi Nicæna anno CCCXXV. & Sardicenſis anno CCCXLVII. coactæ, quæ Antiſtitum de una ad alteram Sedem hunc tranſitum in Orientem recens inductum, prohibuere, irritaſque eſſe edixere; ut pateret præfatum vetuſtum morem eo temporis vigorem adhuc ſervare. Ex eo quod Concilia adverſus Epiſcopos, gloriæ, ac avaritiæ ſtudiis actos egerint, deducitur præfatum morem nunquam viguiſſe? Imo infertur translationes hujuſmodi a diſciplina Eccleſiaſtica diu vigente in præcedentibus ſæculis vetitas fuiſſe.

Re-

Reſidentia perpetuo Hieroſolymis a D. Jacobo Apoſtolo, Epiſcopo ſemel ibi inſtituto, habita, demonſtrat ſummum laudati moris vigorem, etiam in Eccleſia Orientali ſervatum eſſe. Apud Latinos quidem adeo religioſe hic mos obſervatus eſt, ut longiſſimo temporis ſpatio inviolata lex ſteterit: apud Græcos non eadem religio, & conſtantia fuit. Lex & Conſuetudo quaſdam exceptiones tolerat; quum neceſſitas urget, aut utilitas movet. Exempla hujuſmodi exceptionis primis temporibus habitæ non innoteſcunt. Euſebius aſſerit, Apoſtolorum Diſcipulos, Gentibus in quibuſdam locis dumtaxat fide initiatis, & Paſtoribus ad earum cuſtodiam conſtitutis, huc & illuc ſe contuliſſe, ut Dei Populum augerent. Diximus eos, a quibus Gentes ad Chriſti fidem adducerentur, Eccleſiarum, quas Deo collegerunt, primos fuiſſe Epiſcopos, quibus a Pontifice Romano aliorum Antiſtitum ordinatio demandata erat; quod ipſemet in remotis Provinciis in denatorum Epiſcoporum locum alios immediate ſubſtituere, vel alios Paſtores novis Eccleſiis delectos conſecrate, minime poterat. Id patet in S. Trophimo ad Arelatenſes miſſo; quem hac de re Zoſimus (*a*) laudat. Hinc deficit primis Epiſcopis neceſſitas obeundi plures Eccleſias. Cuncta mea impetis, nullum evertis. Probes id, quod proponis. adferas acta primæ ætatis, in qua Eccleſia Latina translationes prædictas aut edixit, aut probavit, aut toleravit. Continuo Triumphum canis, dum non concido. „ Qui ſtat, videat, ne (*b*) cadat. “

IN §. VI. CAP. II.

De Epiſcopatu Vercellenſi D. Juſtiniani

ANIMADVERSIO VI.

TUæ, Domine mi, Aſſertiones abeunt, unde exortæ ſunt. Contendis nunc firmare & tueri Epiſcoparum D. Juſtiniani Vercellenſem.

Vercellis eum ſediſſe affirmas, & ego ipſemet affirmo Lug-

(a) *ep* 8. (b) 1. Cor. 10.

Lugduni ſediſſe; paribus enim rationibus inſtructi, & paribus documentis freti rem tentamus. D. Juſtinianus (ais) ſepulcrum Vercellis nactus eſt. Nego: proba. Anonimus eandem inſcriptionem Vercellis exſcripſit. In quo Templo? Ex quo fixo lapide exſcripſit? Res incerta eſt. Anonimus ſilet. Non poterat ex quodam MS. codice, Vercellis adinvento, vel ab altero promptuario eam exſcribere. Verum indulgeamus. In hac inſcriptione non proditur D. Juſtinianum Eccleſiæ Vercellenſi præfuiſſe. At reponis ibi non eſſe expreſſam alteram Eccleſiam, quam rexerit. Igitur animo ambo pendemus; & non poſſumus hac de re judicium ferre, S. Præſuli aut Vercellis, aut alibi Sedem tribuentes. Epiſcopus alienigena Vercellis tumulo mandari non poteſt? Præſumptiones, conjecturæ, & opiniones rebus Hiſtoricis longe abeant.

Lex in Hiſtoricis edicit, eos, qui per opiniones ſcribunt, tanquam privatos, recipiendos non eſſe, niſi ubi a publica fide non diſſentiant, & ſuſcipiendos eſſe omnes, qui publica, ac probata fide ſcribunt. Hic Scriptor eſt Anonimus; ergo incertus. Hic Anonimus eſt ſolus; ergo non eſt idoneus ad faciendam fidem. Nam nonnulli Viri graves & fide digni, qui in eamdem rem geſtam concurrant, probabile argumentum præbent. Iſte Anonimus nobis nihil præſtat, & flocci penditur.

Quamvis univerſim contingat mors Antiſtitum in loco reſidentiæ, ad quam iidem tenentur, plerique alibi fortuito moriuntur. A cauſis univerſalibus neceſſariis ad ſingularia optime deſcendimus: ſecus ex cauſis contingentibus aliqua conſecutio certa non infertur. „ Adde, „ (inquis) nullatenus credibile eſſe, quod ubi Juſti„ nianus Epiſcopus Vercellenſis non fuiſſet, nihil fue„ rit additum in Epitaphio, quo indicaretur Eccleſia, „ cujus fuit Epiſcopus. Et hoc præcipue quod ſciamus „ id apud antiquos in more poſitum fuiſſe, ut inſcri„ ptiones ſepulcrales, quoties Epiſcopus in propria Ec„ cleſia tumulum habuit, fere nunquam meminerint, „ cujus Eccleſiæ fuerit Epiſcopus, eam ſatis demon„ ſtrante ipſomet Sepulturæ loco. “ Eadem firmaſti ex Epitaphiis SS. Euſebii, Honorati .... „ in Euſe-

„ biana

„ biana Eccleſia conditorum, quæ, ne verbum quidem
„ habent quo eos fuiſſe Epiſcopos Vercellenſes indicare-
„ tur. Diverſa eſt ratio de Epitaphiis Urbani, Jacobi
„ II. aliorumque', extra propriam Eccleſiam ſepulro-
„ rum, in quibus nominatim ſedes Epiſcopalis deſigna-
„ tur. “ Peto iterum, ut demonſtres D. Juſtinianum in Eccleſia Euſebiana tumulo mandatum fuiſſe: nam ejus Epitaphium (indulgeamus) Vercellis a quodam Anonimo exſcriptum eſſe dicitur. In quo Templo? an in Baſilica Euſebiana, an non? Id prætermittitur, & ignoratur. Deinde ex quibuſdam peculiaribus eventibus pro cunctis univerſalem regulam condis. Mos apud veteres, & recentes eſt omittere ex inconſiderantia in Epitaphiis ea verba, quibus virorum denatorum character, qualitateſque magis magiſque explicari poſſunt.

Nullum robur ineſt rationi allatæ, qua in Epitaphiis Antiſtitum, in aliena Eccleſia conditorum, nominatim ſedes deſignatur; ſcilicet ut proſpiciatur perſonæ identitati, & occuratur erroribus. Nomen enim, cognomen, munus, Patria, Epocha, ſæculum, ætas, aliæque circumſtantiæ in iis adnotatæ identitatem perſonæ penitus exprimunt. Si plures Epiſcopi ejuſdem cognominis, & ejuſdem Eccleſiæ, in propria Baſilica tumulo crediti eſſent, perſonæ identitas innoteſceret; quod in propria Eccleſia conditi fuerint?

„ Quo ad tempus, quo Juſtinianus ſedit, fidem (ais)
„ facit Epitaphium, eum aſſignans Apoſtolicæ Tur-
„ bæ. “ Quæro annum, quo præciſe ſederit? „ Verum
„ (reponis) nihil hiſtoriæ officere .... quamvis tem-
„ pus præciſe ſignari non poſſit, omnes nörunt. “ Hæc propoſitio, *Omnes norunt*, juxta tuam mentem eſt falſiſſima. Fultus incertitudine anni, quo D. Barnabas Italiam iniit, hunc Apoſtolum Italicis plagis in perpetuum exilium ejeciſtis, ſic loquens: „ Piget (*a*) me
„ nimium eſſe terrificum. “ Nequis adnotare præciſe annum, quo D. Juſtinianus ſedem Vercellenſem occupare cœpit; & quiſquis jure eodem, & ore pleno ſe ma-

(*a*) *Apud Serman. orig. Apoſtol. della Chieſa Milan. c.* 8. *par.* 142.

magnifice oſtentare poteſt; quod e Cathedra Vercellenſi D. Juſtinianum penitus exturbaverit. „ Piget (tua „ verba jactare poteſt) piget me nimium eſſe terrifi„ cum. “

Inde quæro: quinam eſt locus Sepulcri? non reſpondes; quod ille te latet. Hoc negotium expediam, judicans D. Juſtiniani Vercellenſem ſedem tibi eſſe incognitam, dum illam propugnas, quantum eniti animo potes.

Exhibeas, Cl. Diſſertator, documenta, quibus ſedes Vercellenſis D. Juſtiniani firmari poſſit. Edas Elenchos Antiſtitum Vercellenſium, qui hunc Epiſcopum adnotant: edas Martyrologia vetuſta, & recentia, in quibus ille, ut Antiſtes Vercellenſis, celebretur: edas traditionem, monumentis adnixam: edas demum, ſi poſſis, Hiſtoricos omnes probatos ac graves de Eccleſia Vercellenſi agentes, qui in eandem de ejuſdem Epiſcopatu ſententiam concurrunt; & tunc ex hominum auctoritate certum argumentum prodetur. Edas ſaltem nonnullos Hiſtoricos graves, & fide dignos, qui ſimul hanc rem aſſerant, & tunc probabile argumentum præbebis, ac ſtatim hac de re tecum nunquam dimicabo. Nunquam fidem meam addam cuidam Anonimo unico, & incerto, qui falſus, ac Apocriphus cenſetur, quique affert quoddam Epitaphium, ex fide Gruteri Vercellis exſcriptum, in quo deſunt cuncta, quæ fidem generant.

Martyrologia vetuſta, & animadverſionibus juxta Critices leges effectis excuſſa, ſummum robur obtinent; quia omnibus documentis, ſcilicet omnibus Scriptoribus, a quibus res agitata fuit, Elenchis Epiſcoporum, & traditionibus Eccleſiaſticis adnituntur. Ideo argumentum, ex Kalendariorum defectu eductum, in medium protuli. Noxa lethifera ac capitali infectus, ac diris devovendus ſum: quod a prælo verbum *Juſtinum* loco verbi *Juſtianum* deciderit.

Igitur non conſtat ex aliis documentis eos, qui in Kalendariis antiquis, vel intactis, vel emendatis locum non habent, Epiſcopos Vercellenſes extitiſſe. Solis Kalen-

lendariis inſiſtere poſſumus, ut probemus, quemdam fuiſſe Antiſtitem Vercellenſem. Nam Eccleſia Euſebiana cæteris documentis prædictis fulta in Kalendariis reliquit tantum eos Epiſcopos, quos veros & legitimos cognovit, & in Kalendariis delevit hæc verba: *Epiſcop. Vercellens.* eo loco, quo de falſis Epiſcopis, ut SS. Sabiniano, & Martiali mentio habetur. Itaque eſt vera de SS. Epiſcopis, de quibus agebatur, hæc propoſitio: Illi ſoli SS. Epiſcopi cenſeri debent, ut Epiſcopi Vercellenſes, qui in Kalendariis aut intactis, aut correctis, ut Epiſcopi Vercellenſes, celebrantur.

Cenſuimus Juſtinianum in Epitaphio laudatum fuiſſe Epiſcopum Vercellenſem, qui D. Euſebium non præceſſit, ſed poſt D. Euſebium ſedem anno CDLII. implevit; videlicet illum, qui modo Juſtianus, modo Juſtinus, modo Juſtinianus nuncupatur. Quomodo hac loquendi ratione mecum pugno? Quamvis in veteribus Elenchis MSS. Euſebianis, & in Epiſtola Synodica D. Euſebii Mediolanenſis integris literis nomen Juſtiani reperiatur, tamen in codice MS. Vaticano, & in editione Conciliorum Labbæana is Juſtianus nomine Juſtiniani appellatur. Quamvis laudatæ Epiſtolæ apud Carolum a Baſilica Petri ſubſcriptus inveniatur Juſtianus Vercellenſis, tamen alibi, ut innuimus, ſubſcriptus hiſce verbis legitur: *Ego Juſtinianus* ... Igitur mea ſententia eo pacto ſubſiſtit, quo contraria firmatur.

A te Amanuenſium, & Typographorum error cenſetur. Eodem jure adverſus te idem aſſerere poteram. Utrinque eadem ratio viget. At Juſtinianus, cujus controverſia hic agitur, annis XVI. Menſibus VI. ſedit, ut Epitaphium explicat; alter vero juxta omnes Catalogos annis XIX. Error Scriptoris, vel Amanuenſis hujuſce diſcriminis cauſa cenſendus eſt.

A me ponitur in medium hæc ratio eodem jure, quo in tui defenſionem eam vocaſti, dum de varietate, qua in diverſis codicibus nomen Juſtiani, & Juſtiniani reperitur. De rebus incertis varie loqui, & in tenebris in caſſum pugnare poſſumus.

Poſtremo Juſtianum a D. Juſtiniano cernis; quod unus

nus Apoſtolicæ Turbæ adnumeretur; & alter poſt D. Euſebium ſeptimo loco ſedem impleat. Attuli morem quorundam Scriptorum, qui Populorum genio indulgentes, primos Eccleſiarum Antiſtites ad primos æræ Chriſtianæ annos producunt. Cunctis antiquis inſcriptionibus fidem non abrogo; at contendo eas eſſe facto coævas, aut ſuppares: contendo opus eſſe, ut examini ſeveriori ſubjiciantur, utque præcedente judicio vetuſtæ ac veræ a recentibus ac falſis ſecernantur. A quibuſdam Scriptoribus falſa inſcriptionibus inſeri patet; Ergo neceſſe eſt, omnes rationum momentis expendere, & æqua judicii lance ponderare. Excutiamus animo æquo Epitaphium, de quo nimium verba effundimus, ne nihil (ais) diſcutiamus, & omnia indifferenter, & ſine delectu reproba pronunciemus. Quo tempore hæc Inſcriptio facta fuit? Reſpondes, Epitaphium illud inciſum videri Sepulcro; quum iſtud poſitum fuerit, vel certe antiquioribus ævis. Igitur fuiſſe inciſum Sepulcro primo Eccleſiæ ſæculo videtur, quia D. Juſtinianus Apoſtolicæ Turbæ cooptatus fuit. O Boni Dii! Primis ævis quibus nulla quies Chriſtianis erat; Tyranni cæde madentes in eos fremebant, Carnificum manus ad nutum ſtricto mucrone ſuper eorum capita expedita emicabat, & quibus, ut dixiſti alibi, Epiſcoporum Martyrumque memoriæ, & Hiſtoriæ flammis abſumptæ deciderunt, apud eos vigebat facultas excitandi coram Gentibus monumenta, & ſuper ea incidendi Epitaphia, ad colendam, ac poſteris mandandam Sanctorum recordationem! Præfatum ejus Sepulcrum (dicebas in I. diſſertatione) nunc quidem amplius ſuperſtes non eſt. Æque dixiſti; ſiquidem non eſt Sepulcrum, in quo illud inciſum erat. Melius dictum fuiſſet, ſi dixiſſet, Vercellis utrumque eorum nunquam extitiſſe. Chriſtiani primis ævis incidebanr unice nomen Sancti ſuper tumulum, aut quemdam lapidem, qui tegebat locum, in quo ejuſdem corpus jacebat, aut palmam incidebant abſque nomine Sancti, qui fidei cauſa ſanguinem profudit, ut Romæ apud cœmeterium Callixti vidimus. Ne tædio tibi ſimus, quærimus formam characterum, quibus hæc Inſcriptio efformata eſt? Reſpon-

ſpondes neſcite. Videtur, ais, Epitaphium fuiſſe inciſum Sepulcro, dum illud poſitum fuit, vel certe antiquioribus ævis. Quare? Eiſdem rationibus fultus aſſero illud recentibus ſæculis inciſum fuiſſe. Mendacii objectatio non me tangit, angitque: nemo enim ex hominibus viventibus, ac denatis Epitaphium ac Sepulcrum vidit. Repones: Videtur. Videri non ſignificat eſſe. Hiſce probationibus innixus pulchris, & ſuaribus Fabellis totius Orbis aviditatem ad ſatietatem, immo etiam ſupra ſaturitatem explere poſſem. Incumbamus toto pectore ad ſuſtinendam novis ſolidioribus fulcimentis nutantem, ac labentem D. Juſtiniani Vercellenſem ſedem.

IN VII. §.

EJUSDEM CAPITIS

De Epiſcopatu Vercellenſi D. Theoneſti

ANIMADVERSIO VII.

ACerbius de me quereris; quod textum non integrum, ſed truncum & mutilum exhibuerim. Silentio enim involvi hæc præcedentia verba.

„ Poſt D. Juſtinianum (ais) nullius alterius Epi- „ ſcopi Vercellenſis ante D. Euſebium habetur certa me- „ moria. “ Quiſquis judicet, an ſit locus æquæ in me quetimoniæ. Attuli validiſſimas (ut cenſes) conjecturas ſuadentes D. Theoneſtum fuiſſe Epiſcopum Vercellenſem. Ex allatis conjecturis patet Lectotibus, nullam certam memoriam alterius Epiſcopi poſt D. Juſtinianum, & ante D. Euſebium haberi? Nam nulla conjectura cujuſvis rei certitudinem infert. Verum attribuere poteras D. Theoneſti Epiſcopatui eandem certitudinem, qua alios præcedentes Præſules cohoneſtas; nam rationum, & probationum robur ad tuendam hujuſce, ac aliorum cauſam æque viget. „ Unde (ais) ſequi- „ tur, nos Epiſcopatum Theoneſti inter veritates ex- „ plo-

„ ploratas non computare. “ Quænam ſunt veritates, quas quoad rem peractam exploratas habeas?

D. Theoneſti effigies cum aliis Præſulum Vercellenſium, part forma effectis in Baſilica Euſebiana conſpiciebatur. Quid tum denique? Compertum non eſt, an ille Theoneſtus Sacerdotalibus inſigniis exornatus, & imperante errore, Epiſcoporum Vercellenſium cœtui ad ſcriptus, fuerit Vercellenſis, an Epiſcopus Altinenſis. Kalendaria enim vetera Vercellenſia renunciant D. Theoneſtum hinc Epiſcopum (omiſſo verbo Vercellenſem) & martyrem Tutelarem Vercellenſem (non Epiſcopum Vercellenſem) hinc Epiſcopum Civitatis Vercellenſis, & Martyrem, inde Theoneſtum Civitatis Vercellenſis Epiſcopum Altinenſem. Hæc Kalendaria ſunr ſimilia teſtibus Suſanæ, quorum unus mentitus eſt in caput ſuum, dicens ſe vidiſſe eam cum Adoleſcente (*a*) ſub Shino, alter ſub Prino. Unum Kalendariorum D. Theoneſtum declarat tantum Epiſcopum, aliud Tutelarem Vercellenſem, aliud Epiſcopum Civitatis Vercellenſis, aliud prodit eum fuiſſe Civitatis Vercellenſis, ſed Epiſcopum Altinenſem. Sicut illi teſtes falſum teſtimonium contra Suſannam tuletunt, ſic hæc Kalendaria de Theoneſto. Sicut re cognita omnis cœtus exclamavit voce magna & a mortis limine Suſannam revocavit, ſic juſti rerum exiſtimatores noſtrum Theoneſtum ab onere Epiſcopali liberabunt.

Et jure agent; nam unum Kalendariotum præfatorum D. Theoneſtum Epiſcopum non producit, ut Theoneſtum Civitatis Vercellenſis; ſed Epiſcopum Civitatis Vercellenſis· & quamvis aliud eorum Theoneſtum Civitati Vercellenſi adſcribat, eum falſe declarat Epiſcopum Altinenſem. Ex quo conſtat illum Theoneſtum, cœtui Antiſtitum Vercellenſium ex inſcitia adſcriptum, non fuiſſe noſtrum Vercellenſem. Ex quo effulget nullum Theoneſtum Vercellenſem fuiſſe Epiſcopum Vercellenſem. Quæro a te, præciſe ſæculum, quo eadem Kalendaria conſcripta fuerint? Ais: nonnulla ſunt vetera. Quæro iterum ſæculum. Ignoratur.

Repero, ut Scriptores ſint idonei ad faciendam fi- dem,

(a) *Dan.* 3.

dem, neceſſe eſſe, illos in eandem rem concurrere. Si Eccleſia Euſebiana D. Theoneſtum Epiſcopum Vercellenſem quodam tempore (ex hypotheſi loquor) tenuit, rem poſtea ſeveriori examini ſubjecit, errorem a rudibus ſæculis invectum cognovit, emendavit, ac refecit eo tempore, quo decretum a Concilio Tridentino de correctione Breviarii edictum complevit, uti de Vercellenſi DD. Sabiniani ac Martialis Epiſcopatu emendationem effecit.

Conjectura, ex vetuſtis imaginibus, ac numiſmatibus ſumpta, infirmiſſima eſt probatio. Quæro præciſe ſæculum, quo hæc expreſſa fuere? Neſcimus. Sunt enim vetera. Satis ne eſt ad faciendam fidem? Illa recentiſſima, hiſce diebus in majori Urbis foro depicta, D. Theoneſti effigies, inſignis Pontificalibus exornata, emenſis duobus ſæculis, anno formationis ejuſdem ememoria excidente, temporum injuria favente, poſterorum oculis vetuſtatis ſpeciem præferet, & in eorum mentibus noſtri Theoneſti, tanquam Antiſtitis Vercellenſis, falſam opinionem ſovebit. O Pictores fabellarum opifices! O audax hominum genus! Ex hiſce imaginibus, ſicut ex illis Kalendariis perſonæ identitas erui nequit. Etſi ex iiſdem cujuſdam D. Theoneſti memoria agatur, peculiariter, ac ſingulariter illius nomen, Patria, ac circumſtantiæ, quæ eum ab aliis ſecernunt, non proferuntur. Etſi eadem præfatum Theoneſtum Epiſcopum, & Martyrem, Epiſcopum Vercellenſem declarent, illum non indicant eſſe noſtrum, qui circa annum CCXC. imperantibus Diocletiano, ac Maximiano, fidei cauſa obiit. Sicut ex vulgato Regii Vatis Oraculo (a): „ Reges Tharſis .... Reges Arabum & Saba, “ nunquam evincitur Magos fuiſſe Reges; quia de Magis ipſis non eſt peculiariter dictum; ſed de Regibus, generatim ad Chriſti cultum tandem aliquando vocandis; ſic ex imaginibus, & Kalendariis allatis nullatenus infertur D. Theoneſtum Vercellenſem fuiſſe Epiſcopum; quia de ipſo non eſt ſingulariter expreſſum, ſed univerſe de D. Theoneſto; & quia ex iis ipſemet exprimitur Epiſcopus Civitatis Vercellenſis. Unicum ex iis eum

D nun-

(a) *Pſ.* 71.

nuncupat Civitatis Vercellenſis; verum eum Epiſcorum Altinenſem renunciavit. Sicut aſſeris, verba Kalendarii hujuſce non indubitanter dare Theoneſtum Epiſcopum Altinenſem; ſic aſſero verba aliorum Kalendariorum indubiam fidem non præſtare; immo Kalendariis variantibus, inſtabilibus, ac ſecum pugnantibus fidem non eſſe præſtandam affirmo; quum eorum correctio, ab Eccleſia facta, eis adverſetur. Eccleſia Euſebiana in emendatione Kalendarii hæc verba: *Epiſcopi Civitatis Vercellenſis*, forti litura delevit. „ Kalen„ daria (reponis) eſſentialiter conveniunt in puncto, „ de quo agimus, in ſtatuenda nempe D. Theoneſti „ qualitate Epiſcopali .... “ O boni Dii!

In quæſtione qualitas Epiſcopalis univerſe D. Theoneſto danda non verſatur: non id agitur. Contenditur, an noſter Vercellenſis fuerit Epiſcopus Vercellenſis. E noſtra memoria titulus hujuſce Paragraphi, nempe de Epiſcopatu Vercellenſi D. Theoneſti noſtri, nunquam excidat. Alte in noſtris animis deſcendat argumentum, de quo acriter diſceptatur, ne in poſterum concidat. „ Nullum (ais) Kalendarium dicit Theoneſtum „ Epiſcopum Altinenſem, ſolum Kalendarium apud Euſanum, impreſſum anno MDCLXXVI. a quo in hoc „ omnia MSS. diſſident: “ unde non modicam inſinceritatis ſuſpicionem ingerit, habet. *S. Theoneſti Civitatis Vercellenſis*, *Epiſcopi Altinenſis*. Audivi, ni fallor fæpius a meo Inſtitutore, qui me de artibus informabat, a propoſitione univerſali ſingularem, a genere ſpecies, a ſpecie individua contineri; adeo ut hic terminus *omnes* cuncta ſingularia includat, *nullus* cuncta ſingularia excludat. Nihilominus aſſeris „ Nullum Kalendarium „ dicit Theoneſtum Epiſcopum Altinenſem: ſolum Ka„ lendarium apud Euſanum ..... habet: *S. Theoneſti Ci*„ *vitatis Vercellenſis*, *Epiſcopi Altinenſis*. “ Hic terminus *ſolum* a termino *nullum* modo non ejicitur.

Quis non videt præfata Kalendaria ſecum ipſa de re pugnantia; dum in iis D. Theoneſtus modo Epiſcopus Vercellenſis, modo Altinenſis renunciatur. Kalendarium poſtremo laudatum non modicam inſinceritatis ſuſpicionem tuo animo ingerit; quod tuis geniis non indulges.

Ego-

Egomet an inſinceritatis (te utor) ſuſpicionem alia non tantum adduco; verum etiam dijudico omnia allata in errores impacta, quorum fides ubivis nutat & ruit. Volo ac excipio Hiſtoricos probatos, graves, & fide dignos, qui ſimul in eandem rem geſtam concurrant.

Ex inſcriptione, D. Theoneſti ſepulcro exculpta, ſolumque Martyris titulum adferente, hoc argumentum produxi. „ Si D. Theoneſtus ſedem Epiſcopalem obtinuiſſet, ibi non omitteretur Antiſtitis titulus, ſicut „ Martyris titulus ſilentio non involvitur; quum ejuſ„ modi titulus Sancti characterem proferat, & ejuſ„ dem decus augeat. “ Ut adverſus hoc argumentum te feras, Bedæ prodis Martyrologium, ubi Theoneſtus Martyris titulo non decoratur; & quædam Martyrologia, in quibus Hilarii Epiſcopi Aquilejenſis memoria agitur, nulla facta Dignitatis Epiſcopalis mentione. Lepidiſſima (reſponſio a te hiſce (*a*) verbis mihi præbetur) lepidiſſima probatio, qua ex caſu peculiari firmat regulam univerſam pro omnibus.

Dehinc non loquimur de Martyrologiis, quorum Scriptoribus cujuſdam Sancti quædam qualitas interdum non innoteſcit, vel evaneſcit; ſed de Inſcriptionibus Sepulcralibus, quarum Auctores, ut præſentes, denati qualitatum ignorantia verſari, & rei præſentis memoriam omittere nequeunt. Denique Beda in Martyrologio Martyris Titulum miſſum fecit; ſecus in Sepulcrali Inſcriptione Martyris Titulus non omittitur. Si prædictus infula inſignitus fuiſſet, ejuſmodi characteris mentio non prætermitteretur. Non exploratum eſt, Bedam de noſtro ſermonem habere, dum ex inſtituto Natale D. Albani Martyris adnotavit; etſi de ipſo loquatur, raptim & vix loquitur.

Eodem pacto Martyrologia, quibus de Præfato Hilario memoria habetur, alias ejus qualitates omiſerunt, dum Antiſtitis characterem tenebris demandavere.

„ Addis (proſequeris) traditionem (*b*) de Epiſcopatu D. Theoneſti duraſſe uſque ad annum MDLXV. quo

(a) *pag.* 91. (b) *pag.* 49.

„ effoſſa terra ob inſtaurationem novi Chori repertum eſt „ operculum Sepulcri D. Theoneſti cum relata inſcri- „ ptione : *Theoneſtus Chriſti Martyr*: haud obſcure in- „ nuens hanc inſcriptionem fuiſſe, quæ traditionem il- „ lam de medio ſuſtulit, ac altam invexit, quę Theo- „ neſtum inter Milites Legionis Tebæę locat. “ Deus adhuc te fortunet. Uſquequo meorum textuum obvios ſenſus in adverſos flectere, rebuſque falſis me onerare vis? Teſtes voco Lectores: ibi ne verbum quidem de traditione ad Epiſcopatum D. Theoneſti ſpectante omnino me feciſſe noverint.

„ Kalendaria, (verba ſunt hæc) vetera Eccleſiæ Vercellenſis variant, & ſecum pugnant: renunciant enim „ D. Theoneſtum hinc Epiſcopum & Martyrem, inde „ Epiſcopum & Martyrem Tutelarem Vercellenſem „ hinc Epiſcopum Civitatis Vercellenſis, & Marty- „ rem, inde Epiſcopum Altinenſem. Omnia conve- „ niunt ad conflandam confuſionem, ad declarandam „ Auctorum privatorum Kalendariorum inſtabilitatem, „ & ad oſtendendum rei haud bene compertæ ſtatum ; „ priuſquam ſepulcrum ejus patefactum fuerit. “ De prædicta traditione uſque ad annum MDLXV. deducta ſermo nunquam inſtitutus fuit. Dum adnotavi varietatem, & repugnantiam veterum Kalendariorum, locutus ſum de Kalendariis, a te in medium poſitis, ut verba ſequentia innuunt. Dixi omnia (expoſita) convenire ad conflandam confuſionem, ad declarandam Auctorum privatorum Kalendariorum inſtabilitatem ; & ad oſtendendum ſtatum rei haud bene compertæ (ab hiſce privatis Auctoribus, qui Kalendariorum vetuſtiſſimorum corruptionis cauſa fuerunt). Ubi ſtat traditio de Epiſcopatu Theoneſti, a me allata, & uſque ad annum MDLXV. deducta? Hæc traditio vocari poteſt falſitatis, contradictionum, ac figmentorum, non veritatis traditio.

Tria potiſſimum (dixi) confueverunt ad veræ traditionis aſſertionem deſiderari. Primum eſt, ut de eo quod in traditione poſitum contenditur, diverſis temporibus, & diverſis locis ſcriptum ſit a pluribus exploratæ fidei Viris, qui in teſtes producuntur. Secundum

ut

ut Scriptores illi, niſi verbis omnibus, at certe ſenſu conveniant in teſtimonio, quod de re tradita perhibent. Alterum, ut iidem Scriptores ad primum rei geſtæ originem, quæ caput veritatis eſt, continua ſerie reducantur. At nulla ex tribus veræ traditionis conditionibus ad tutamen Epiſcopatus D. Theoneſti viget. Prima, eaque præcipua, deficit, quum nullus exploratæ fidei Vir, immo perditæ fidei homo, ubique terrarum ex quolibet tempore ſcripſerit D. Theoneſtum Vercellenſem fuiſſe Antiſtitem Vercellenſem.

Extant (ais) Martyrologia prius allata? In Martyrologiis non obſervatur, D. Theoneſtum Vercellenſem fuiſſe Epiſcopum Vercellenſem. Falſo in iis ſemel & iterum cuidam Theoneſto, numquam Vercellenſi, Epiſcopalis Dignitas Vercellenſis aſſeritur; immo D. Theoneſto Civitatis Vercellenſis ſedes Altinenſis falſo tribuitur. Secunda, & tertia deſunt & ipſæ; quum prima deſit, ex qua omnino dependent; quum nemo ſcripſerit, quomodo fieri poſſet, ut Scriptores in teſtimonio rei traditæ conveniant, utque teſtes ad primam rei traditæ originem continua ſerie reducantur.

Ubi eſt illa recens, & invecta traditio, quæ Theoneſtum inter milites Legionis Thebæorum locat? Ex præfata inſcriptione magis magiſque innotuit, Div. Theoneſtum fuiſſe tantum Martyrem. Id ipſum confirmatur tum ex vita D. Euſebii MS. Archivo Euſebiano ſervata, tum ex vita ejuſdem, edita ab Ughello ex Monaſterio Nonantulano, in qua legitur: „ Colligentes vero Diſcipuli ejus ſacrum Corpus (Euſebii), ſepelierant illud in Baſilica, quam ipſe „ Vir ſanctus olim conſtruxerat ad honorem S. Theoneſti Martyris, in qua & ipſe S. Theoneſtus corpore quieſcit. “ Deinde Eccleſia Vercellenſis, ope Joannis Franciſci Bonhomii Epiſcopi, acceptans Breviarium Romanum, correxit illa vitioſa Kalendaria, quæ confuſionem conflabant, eorum Scriptorum inſtabilitatem declarabant, & D. Theoneſti rebus obſcuritatem inferebant, & in Kalendariis eum ſub ſolo titulo Martyris exhibuit, uti ante Kalendariorum præfatorum vitiationem præcedentibus, & primis ævis exhibebat.

Denique irrides opinionem, qua cenſui, S. Theonaſtum Epiſcopum Altinenſem fuiſſe adnotatum in iis Kalendariis; quia facta fuit in illis mentio S. Theoneſti Epiſcopi die XXX. Octobr. in qua ſolemnitas S. Theoneſti Altinenſis vere, & ſemper obtingit. Gloriaris probaviſſe invicte tuum aſſertum: dum quaſdam conjecturas adſers, affirmans ingenue, poſt D. Juſtinianum nullius alterius Epiſcopi Vercellenſis ante D. Euſebium certam memoriam haberi. Non poteſt, ut vidimus, ex prædictis Kalendariis erui cultus ſub XXX. Octobris D. Theoneſto noſtro, ut Epiſcopo Vercellenſi, vere exhibitus; tum quia in iiſdem ſpeciatim noſter non nominatur, & non ſecernitur; tum quia in quodam eorum nuncupatur *Civitatis Vercellenſis*, *&* *Epiſcopus Altinenſis*; tum quia eadem in ipſam rem non conveniunt. „ Ergo (ais) vel Theoneſtus noſter eſt idem „ cum Altinenſi, vel ſi non idem eſt, deſipit diſſertator. “ Gratias tibi ago. Si quidam fultus Kalendario in quo ſignatur, „ S. Theoneſti Civitatis Vercellenſis, Epiſco„ pi Altinenſis, “ noſtrum cum Altinenſi confundere vellet, ubi eſſet S. Theoneſti Epiſcopatus Vercellenſis? Eſſet everſus ac fuſus. nam D. Thoneſtus Civitatis Vercellenſis, fuit Epiſcopus Altinenſis. Opinatus ſum, ſingularem D. Theoneſti Altinenſis cultum Vercellis inductum eſſe, ut frueretur in Eccleſia, Euſebio ſacra, ſpeciali veneratione is, qui eadem cauſa eandem paſſionem pertulit .... „ Et forte non alia ratio„ ne (loqueris de cultu, D. Urſo Vercellis præſtito) „ hic cultus (a) a nobis ipſi exhibebatur, niſi quia „ Theoneſti Socius fuerat. “ Quia Div. Urſus erat Div. Theoneſti Socius, olim in prædicta Baſilica celebratur? Ego ſolus in enormem hæreſim delabor, dum cenſeo, DD. Euſebium, & Theoneſtum Altinenſem fuiſſe ibi cultos; quia ejuſdem paſſionis Socii fuerunt?

IN

(a) *Diſſert. Apol. pag.* 14

IN §. VIII. CAP. I.

An ex Epiſtola D. Ambroſii ad Vercellenſes, aliorum Epiſcoporum ſeſſio ante D. Euſebium colligatur

ANIMADVERSIO VIII.

EFfundis in me querimoniam; quod reſecta potiſſima tui textus parte, quæ (ut ais) firma continet momenta, validaque ratiocinia, ex verbis D. Ambroſii deducta, alteram partem nude reddiderim, quæ habet verba S. Doctoris. Videamus hoc excidium. „ Ex „ quibus verbis (S. Ambroſii) evidenter habes (ais) „ Populum poſtulantem, clerum eligentem . “ Paullulum primo gradu ſubſiſtamus, & momentorum firmitatem, & ratiociniorum, ex verbis D. Ambroſii deductorum, vigorem obſervemus: Tu ais: „ Ex quibus „ verbis (Ambroſii) habes Populum poſtulantem, „ Clerum eligentem: “ & Ambroſius ait: „ quem „ (Euſebium) omnes poſtulaſſent. quem omnis elegit „ Eccleſia. “ Omnis Eccleſia a Populo, Cleroque formatur; Ergo Populus etiam eum elegit. Hic terminus *omnis* Populum, Clerumque colligit; Ergo Clerus eum poſtulavit. Quod primis temporibus ſervatum eſt, tum ſub Imperio Conſtantini, ut patet ex citato Euſebio Cæſarienſi; tum tempore Concilii Nicæni ex Epiſtola Synodica apud laudatum Socratem (*a*) „ Provehantur (loquitur de Epiſcopis) illi, qui nuper adſciti ſunt, „ modo digni videantur, & Populus eos eligat .... Alexandrinis reſcripſit Leo Cæſar, (*b*) illos monendo, „ ut Epiſcopo ſubeſſe vellent, quem Cleri Populique „ electio deſignaſſet. “ Ne actum agamus, te mitto ad §. I. capitis ejuſdem.

Dixi a Populo, in fide inſtituto, immo partim ſanctitate florenti Euſebium in Epiſcopum renunciatum fuiſſe: Sacerdotium, & ſæculum coiviſſe: in tanta Ur-

(*a*) *Lib. I. cap. 9.*
(*b*) *Apud Evagrium lib. 3. cap. 12.*

bis frequentia quoldam in virtutis culmine effulſiſſe, quos infulæ decus decebat. Quod addidiſti de Eccleſia plane efformata, & perfecte conſtituta, & fidei magiſtra, egomet (non iiſdem tuis verbis) aſſerui. Ex dicto Ambroſii poteſt erui Eccleſiam Vercellenſem ante D. Euſebii adventum in fide, in doctrinis, in virtute, nunquam in ſede Epiſcopali perfecte conſtitutam. Quis mihi indicat illa momenta firma, validaque ratiocinia? Ea ignoro; quia me nec urgent, nec premunt. Nec tetigi, nec ſolvi difficultatem; quia non fuit.

Quid mihi opponis, Cl. Vir; quod P. Olivam veræ Hiſtoriæ vitiatione adnotaverim, & Abbatis Fleury auctoritatem ſilentio prætermiſerim. Uterque horum apud me eadem exiſtimatione de vetuſtiſſima re nunc agitata floret; quia uterque recens eſt, nec adferunt monumenta.

Tu, qui meum inſtitutum infirmare pergis, id hoc argumento efficis. Poſtulare, & eligere Epiſcopum, ſede Epiſcopali nondum erecta, apertam implicat contradictionem; Ergo certiſſimum eſt, tunc ſedem Epiſcopalem Vercellenſem jam fuiſſe erectam. Quando? Diutius ante S. Euſebii poſtulationem ac electionem? Nequaquam. Tunc immediate antea Sedis erigendæ negotium inſtitutum, & impletum eſt. Satis fuit, ut Civitas Vercellenſis jus poſtulandi, & eligendi Epiſcopum obtineret. Quantum tempus inter Sedis Pinorolenſis erectionem, a Benedicto XIV. recens factam, & Antiſtitis nominationem, & electionem, a Carolo noſtro invictiſſimo Rege factam effluxit? Tranſactum fuit multorum annorum ſpatium? Nequaquam erecta Sede Epiſcopali, Antiſtitis electio ſtatim proceſſit.

Nunc a Sede erecta ad Eccleſiam evolas: „ Eccle„ ſiam (ais) quis dixerit, ubi Paſtor non eſt? " Hæc propoſitio evertit Eccleſiam, in qua ſedes Epiſcopalis recenter erecta eſt, penes quam jus eligendi Epiſcopum viget, in qua Paſtor adhuc non extat. Ulterius hæc propoſititio adimit facultatem eligendi primum Epiſcopum. In eaſdem difficultates in electione primi Præſulis incidimus; quod ante electionem in Eccleſia non

eſt

eſt Paſtor. Eccleſiam quis dixerit, ubi Paſtor non eſt? Hæc ratio ubivis urget. Hac tua ratione firmatus, ante S. Sabinianum Epiſcopos Vercellenſes infinitos producere potes. Eccleſia Vercellenſis ante S. Sabinianum erat; quia penes illam erat jus eligendi Epiſcopum: & quia Eccleſia dici nequit, ubi Paſtor non adeſt, Eccleſia Vercellenſis Epiſcopum jam habebat. Quis primus Antiſtitem formare, vel reperire poteſt? Eccleſia efformata, & ſedes Epiſcopalis erecta vel actu, vel jure Epiſcopum exigunt. Eccleſia Vercellenſis erat (reponis) antequam adveniret Euſebius .... Ergo hanc Eccleſiam non fundavit Euſebius. Utique Euſebius Eccleſiam Vercellenſem non fundavit; ſed primus rexit. Sedes Vercellenſis erecta fuit vel ab Epiſcopis comprovincialibus una cum Diœceſano, vel (ut mihi placet) a Pontifice Romano. „ Fiebant (a) Pontificis Romani nutu omnia in Occidentali Eccleſia Synodi Nicçnæ tempore, unuſque „ Romanus Epiſcopus ab Apoſtolorum inſtitutione, vel „ per ſe, vel per a ſe deſignatos agebat. “ Difficultates tuæ in medium adductæ urgent omni tempore, quo Eccleſiarum, ſediumque erectio agitetur. Ergo opus eſt negare omnes Orbis Chriſtiani Eccleſias, primoſque ſaltem earum Antiſtites. Ad arcendos ac reprimendos Populorum tumultus harum electionum cauſa excitatos unius ſæculi ſeries abſumenda eſt; ne inconſulto hoc ſuſceptum negotium agatur.

Demum, in arenam trahis argumentum negativum, quod odio habes, propter cujus uſum jocis me appetis. Producis ſilentium D. Ambroſii de inſtitutione Eccleſiæ Vercellenſis tunc agitata. Inſtitutum S. Patris fuit hoc, ſcilicet flectere, perſtringere, & inter ſe componere diſſidentes Civium animos, ut Eccleſiæ diu viduæ Antiſtes eligeretur. Ut ad hanc rem conficiendam eos induceret, nihil prodeſſent Eccleſiæ Vercellenſis inſtitutio, & Euſebii, ut primi Præſulis, electio, tunc protatæ. S. Doctor argumentum validiſſimum attulit, ſcilicet miram & ſubitaneam electionem Euſebii advenæ, a ſuis Patribus peractam, qui eum, quem nunquam ante co-

(a) *Bacchin. de Eccl. Hierarch. origin. part.* II. *pag.* 366.

te cognoverant, poſthabitis Civibus, ſimul ut viderunt, & probaverunt, tantumque interfuit, ut probaretur, quantum ut videretur. Attulit mirum & univerſalem poſtulationis, & electionis conſenſum. Hic, religioſe Cenſor, purgationem agis, cauſam adducens, qua raptus dicteriis onerasti DD. Franciſcum Bonhomium, alioſque, ſtatuentes D. Euſebium primum Vercellenſem Antiſtitem. „ Ipſe (ais) laudatus Epiſcopus fuit „ omnium primus, qui (hanc) opinionem toti anti„ quitati ignotam produxit .... quæ nullis litterarum „ monimentis (ſunt ejus verba) producitur, alios ad „ ſedis Vercellenſis gubernacula Epiſcopos ſediſſe ante „ D. Euſebium. " Mihi abunde purgatus non es. A vi hujus argumenti negativi, ab omnium veterum ſilentio petiti, te eripies, quum vetuſtiſſima monimenta, oppoſitam ſententiam adſerentia, ac probantia, tuleris. Res ea eſt, quæ facile, parvo negotio effici poſſit. Optata documenta in lucem emittere contendas, quæ reperta & evulgata quæſtiones noſtras ad exitum fauſtiſſime deducent.

Vis argumenti negativi ſententiæ oppoſitæ non favet; nam D. Euſebius in elenchis tum veteribus, tum recentibus, in ſerie Imaginum eorum, ab antiquis, ac noviter efformatarum, & in prima veraque Eccleſiaſtica traditione primum locum obtinet. Quid opus erat addere in elenchis, & imaginibus huic titulo: *S. Euſebius Epiſcopus Vercellenſis*, verbum *Primus*? Res & ordo ſignificant eum primum ſediſſe.

Nobis magis magiſque ſuffragatur illa effigies D. Euſebii, quæ ordini Imaginum Epiſcoporum initium ſtatuebat, quamque cum cæteris depictam ante ſæculum VIII. fuiſſe Ferrerius Epiſcopus Cl. Scriptor cenſuit.

„ Jam vero (ais) Patres & Scriptores graviſſimi tum „ Latini, tum Græci, item Scriptores Annalium Eccle„ ſiaſticorum, tum antiqui, tum recentiores, quorum „ inſtituti eſt, Ecclaſiarum fundationes, inter cætera, „ Hiſtoriæ conſignare, fuſcum ſermonem habent de D. „ Euſebio Vercellenſi, ejuſque electione, & conſecra-

tione

„ tione in Epiſcopum, & de præclaris aliis geſtis. O„ mnes illum dicunt Epiſcopum Vercellenſem, & ne„ mo unus eſt, qui appellet aut primum ejuſdem Ur„ bis Epiſcopum, aut ejuſdem Eccleſiæ Fundatorem. " Ex tempore ac confidenter loqueris, nimium tuam fidem, tuamque eruditionem lædens. Sermone abſtinendum eſſe cenſes de Scriptore Epitaphii D. Honorati, qui clariſſime id, quod agitur, conſignavit hiſce carminibus:

„ Tertius hic Urbis Sedem tenuit Honoratus
„ Antiſtes, cujus Spiritus Aſtra tenet.
„ Euſebius Præſul *primus*, qui Martyr Alumnus
„ Cœlorum poſtquam Regna beata petit.

Prætermiſiſti celeberrimum Mabillonium, qui, ut de Eccleſiarum origine funditus ageret, fere totum Orbem Occiduum luſtravit, & Archivorum, etiam Euſebiani, pulverem excuſſit. Is hujuſce veritatis validum teſtimonium nobis his verbis, jam in mea Diſſertatione (*a*) expoſitis reliquit .... „Tamen Euſebio, *primo* Vercellarum Epiſcopo anno circa CCCXL. ad CCCLXXI. id Elogii tribuit Ambroſius. Hæc enim ..... " Illi, qui res Eccleſiaſticas in Annales contrahunt, vix Pontificum Romanorum, ac Patriarcharum ſeriem exhibent, omiſſis Præſulum cæterarum Eccleſiarum Elenchis, ac prætermiſſis Chronologicis earum tabulis. Hi de D. Euſebii geſtis ſermonem habuere, ejuſque ſedem ſtrictim ac curſim attigerunt, tractatu de ſerie Antiſtitum Vercellenſium nequaquam inſtituto. Uno verbo res conſciamus. Alter Epiſcopus, D. Euſebium præcedens, vere oſtendatur, & firmiter probetur.

IN

(a) *pag.* 101.

IN §. IX.

EJUSDEM CAPITIS

De Epitaphio Sepulcrali D. Honorati Epiſcopi Vercellenſis

ANIMADVERSIO IX.

NOlo terere tempus ad examinandam Corbellini & Cuſani enarrationem, qua affirmatur tres Arcas SS. Euſebii, Limenii, & Honorati ſimul repertas fuiſſe. In hoc enim res noſtra ſita non eſt. Ex Epitaphio, D. Honorato ſacro, omnia hoc loco pendent. In eo patet, & ab eo firmatur, D. Euſebium fuiſſe Vercellenſem primum Antiſtitem. Adſero iterum quatuor carmina, quibus res tota continetur, & nobis proditur.

„ Tertius hic Urbis Sedem tenuit Honoratus
„ Antiſtes, cujus Spiritus Aſtra tenet.
„ Euſebius Præſul *primus*, qui Martyr Alumnus
„ Cœlorum poſtquam Regna beata petit.

Hoc monumento preſſus, non negas, D. Euſebium poſſe aliquo bono jure appellari primum Epiſcopum; quamvis in hanc Sedem ſucceſſerit, jam multo ævo ſtabilitam. Hoc ſatis abunde non eſt, quod concedis, cui acquieſcere non poſſumus; nam veritatis rationem, noſtrumque animum non explet. Subdis: „ Nam de Epiſcopis uſque ad pacem Eccleſiæ redditam per Conſtantinum Magnum quid ſtatuendum cenſes? Omnes errantes dixeris, nunc latentes, nunc profugos, quos Gentilium furor nullibi conſiſtere patiebatur; ut non immerito eorum Sacerdotale Miniſterium plerumque nullo certo loco aut tempore definiri poſſit. " Ergo D. Petrus neque Sedem ſuam Romæ firmavit, neque Martyrii gloria coronatus eſt; ergo Pontifex Romanus Petro in Pontificatu non ſucceſſit. Ejus etenim Sacerdotale Miniſterium nullo certo loco definiri poteſt; nam aliorum Antiſtitum fortunæ expoſitus erat. *Plerum-*

que

que dicit; ergo certe ac indubie D. Petro certus miniſterii ſui locus definiri non poteſt; ergo certe & indubie Pontificis Romani primatus firmari non poteſt. Ergo Epiſcopi Vercellenſes, a te aſſerti, ſcilicet SS. Sabinianus, Martialis, Juſtinianus, in primo ævo florentes, fabellis amandandi ſunt. Ergo D. Athalon, cui primam ſedem Mediolanenſem tribuis, commenta ſapit; nam de Epiſcopis uſque ad pacem Eccleſiæ redditam per Conſtantinum Magnum quid ſtatuendum cenſes?

Succeſſit (ais) Sæculo IV. ineunte ferale illud incendium, quo eorumdem Imperatorum (Diocletiani, ac Maximiani) juſſu non in Martyres dumtaxat, ſed etiam in eorum memorias impie ſævitum eſt, omnibus Eccleſiaſticis Annalibus, in quos nomina, & res geſtæ Epiſcoporum, aliorumque Chriſti Confeſſorum relata erant, igni damnatis. Profuſe ac ultra modum. Si omnes primorum ævorum Annales flammis crediti fuiſſent, omnes Hiſtorici Eccleſiaſtici, de eorum rebus agentes, fide deceſſiſſent. Cur præſtanda eſt fides Scriptorum dictis, qui nullis monumentis ſuffulti, Hiſtorias adornaverunt? Omnes in commenti & falſitatis ſuſpicionem vocarentur. Hac nova ratione adnixus, acta SS. Sabiniani, & aliorum Epiſcoporum, a Te relata, illud fragmentum, ex quo eruis Sabinianum fuiſſe primum Vercellarum Præſulem, & Kalendaria expoſita rejicio, & damno.

Revera Euſebius ibi laudatus verba facit de divinis Scripturis, in rogum impoſitis, non de omnibus Religionis Chriſtianæ codicibus. Baronius hunc exceſſum correxit, hiſce verbis . . . „ Tuncque ſublata illa nobiliſſi„ ma rerum geſtarum monumenta. . . . vixque ex tam „ immenſo naufragio perpaucas Tabulas remanſiſſe pu„ tamus. “ Quomodo ipſe Annales, & Martyrologium exarare potuiſſet? quomodo Tertullianus poterat depromere adverſus hæreticos efficax argumentum (*a*) ſumptum a continua, & interrupta ſucceſſione Pontificum, qui ab ætate Petri Romanam Sedem obtinuere; ſi omnia trium ſæculorum monimenta perierint? quomodo Auguſtinus argumenti ejuſdem robore Donatiſtarum jugulum pe-

(a) *Lib. de præſcript. c.* 32.

petiit; (a) ſi nomina & geſta Epiſcoporum, tribus Sæculis florentium, perſecutionum cauſa ignota fuerint? Incolumes extitere decem veteres Pontificum Catalogi, qui in Bibliothecis Regis Galliarum Colbertina, & Thuanea aſſervantur, ad quorum formam Antonius Pagius a plurimis mendis in elenchum, Anaſtaſio vulgo tributum, expurgavit. Quomodo ſine monimentis illi exarati fuere? In iis annus, quo Pontifices Romani Pontificatum iniere, vel e vivis exceſſere, una cum nota Conſulum indicatus eſt. Euſebius in ſuo Chronico deſcripſit ſeriem Epiſcoporum, qui in tribus primis Eccleſiæ Sæculis Sedem Alexandrinam rexerunt, necnon illorum Pontificatus initium, annoſque, quibus regimen geſſere. In ejus tabula Chronologica continuo perſpicitur eorum non interrupta ſucceſſio. Similiter Euſebius Antiſtes Eccleſiarum Antiochenæ, & Hieroſolymitanæ ad initium uſque IV. Sæculi recenſet. Quamvis ſuper immediatam quinque priorum Antiſtitum Mediolanenſium ſucceſſionem Bacchinus animo pendeat, eos in Elencho, VI. ævo adornato, deſcriptos recognovit. Quiſnam unum Epiſcopum, in Eccleſia Vercellenſi in primis Sæculis florentem, in veris firmiſque documentis unquam viderit? Cl. de Rubeis, Mediolanenſium aſſerens Epiſcoporum ſucceſſionem, hoc ævo (ſcilicet ſub Decio) perplexam, dubiam, vix certum pati Epiſcopum, in illo Sæculo Antiſtites abſolute non rejicit, & plures in prioribus Eccleſiæ ævis novit. Tempore quo Hæreſis Ariana Italiam exagitabat, apud Inſubres, & Ligures Epiſcopi vel Catholici, vel Ariani extitere: Vercellis unus ſaltem ante D. Euſebium extitiſſe oſtendatur.

Cl. Theologe, cenſes, D. Euſebium ob meritorum, & facinorum magnitudinem, ac famam primum Præſulem abſque injuria præcedentium Epiſcoporum conclamatum fuiſſe eo modo, quo David in Evangelio Matthæi, ubi Chriſti generationis ſeries deſcribitur, primus locatur; etſi Chriſti generationis ordo ab Abraham initium ſumpſerit. Ex aliis Evangeliis novi, & veneror Abraham primum Chriſti Patrem; at cuncta Volumina, a quibus Orbis univerſus impletur, me, & omnes homines pu-

ræ

(a) *Lib. contra eund.*

ræ mentis, in quorum cœtu locari jure debes, de alio Præſule, primo Eccleſiæ Vercellenſis Parente, uſque nunc certiores non fecerunt.

Eruditiſſimus Sormanus loco laudato, ubi de D. Barnaba agens, aſſerit D. Ambroſium, ceu Conditorem alterum Eccleſiæ Mediolanenſis veneratum fuiſſe: nihil aliud. Ex ſupputatione, a D. Ambroſio cœpta in quodam Catalogo veteri Antiſtitum Mediolanenſium, ubi S. Senator decimus appellatur, non eruitur, D. Ambroſium eſſe in Ordine ſucceſſionis primum Antiſtitem. Interdum ſupputatio, a quodam facta, ſignificat tantum Chronologiam rerum ſequentium, non præteritarum. Interdum ſupputatio, ab aliquo facta, indicat eum omnium, in aliquo cœtu extantium, ſeriem ducere. In illo laudato Kalendario MS. ubi B. Æmilianus decimus a D. Euſebio proditur, D. Euſebius, ut Caput ordinis Epiſcoporum, abſolute & univerſim ſumitur. Qui rem eſſe ſic confectam negare vult, prius quempiam Antiſtitem ante D. Euſebium extitiſſe ex veris, & firmatis monumentis oſtendat. Quia Breviaria vetera, ubi legebatur: „ Honoratus Epiſcopus in Epiſcopis Vercellenſibus a B. Euſebio tertius numeratur: “erroris occaſionem offerebant; Eccleſia Euſebiana in emendatione Breviarii eum jure merito amovit, verba hæc *a B. Euſebio* expungens. Interea meo ab inſtituto me ſubmovere, injecta hujus eruditionis copia, curas. In epitaphio, de quo agimus, non ſunt verba hæc: *Honoratus a B. Euſebio tertius*, ſed abſolute ac naturaliter apponitur verbum *tertius*, uti de D. Euſebio dicitur *Primus*. Sumenda eſt regula, deprompta ex Auguſtino (*a*) docente tunc ſacræ Scripturæ verba proprie, & ut ſonant, ad litteram intelligenda eſſe, quum ex iis ſic proprie & litteraliter acceptis nihil fidei veritati repugnans ſequatur. Qualia abſurda, veritati repugnantia, a verbis *primus*, & *tertius* proprie & litteraliter intellectis manant? Dic mihi? Iſte litteralis ſenſus traditioni veræ ac legitimæ, veteribus documentis oppoſitis (quæ neque ſunt, neque fuere) repugnant? Nequaquam; immo iſte ſenſus veritatem prodit, & explicat. D. Ambroſius dicitur *ceu alter Conditor*: ex hiſce ter-

(*a*) *Lib. 3. de Doctr. Chriſt. c. 1.*

terminis *ceu alter* innoteſcit, eum non fuiſſe primum Conditorem. Ulterius decem Epiſcopi, ex certiſſimis monumentis evulgati, præter D. Barnabam, D. Ambroſium præceſſerunt. Ex adverſo alter Antiſtes Vercellenſis, qui D. Euſebium præceſſerat, in cunctis terrarum plagis non reperitur, niſi formetur. Verba *primus* & *tertius* in epitaphio non uſurpata fuere juxta ſupputationem Seſſionis Epiſcoporum, a D. Euſebio dependentem. Nam verba *primus* & *tertius* abſolute, non relative rem explicant; quod verbum *a B. Euſebio* deeſt. Neque nos urget epitaphium ſepulcrale, in quo legitur tantummodo, *Euſebius Præſul*, non Præſul primus. Non enim hæc explicatio neceſſaria fuit; quod D. Euſebius tempore inhumationis ſuæ ſolus Præſul fuerit: qui ſolus eſt, intelligitur primus; et ſi ſucceſſionem non habet, eſt primus, & ultimus. Aliter de epitaphio D. Honorati ſermo inſtituendus eſt; quia eo tempore, quo illud in memoriam D. Honorati confectum fuit, tres Præſules deceſſere. Ut confuſio declinaretur, & ordo Succeſſionis indicaretur, opus fuit oſtendere, D. Euſebium fuiſſe primum Præſulem, D. Honoratum tertium. In omnibus monumentis Euſebianis hic terminus *a D. Euſebio* non apponitur, ut relative locus, & numerus ſeſſionis aſſignentur. In Elencho, DD. Brolia Epiſcopi Vercellenſis juſſu in actis cujuſdam Synodi, ab ipſo celebratæ, relato, & infra imagines Epiſcoporum in Baſilica veteri, & in Ædibus Epiſcopalibus efformatas non legitur, & non legebatur *a D. Euſebio*.

„ Demum (addit) *primus*, quod in Epitaphio D. Ho-
„ norati legitur, non ita clare afficit *Præſul*, quin
„ commode applicari poſſit verbis ſubſequentibus hoc
„ pacto: " *Euſebius Præſul, primus qui Martyr*; unde hæc lectio apta reddatur: *Honoratus tenuit tertius* Vercellenſem ſedem, poſtquam Euſebius martyrio coronatus, primus Cœlos petiit.

Facultas evertendi, & inflectendi Auctorum obvios ſenſus in adverſos apud nos non viget. Reponatur illud comma, quod verba *primus*, & *qui* ſecernebat. Epitaphium penes ſepulcrum, uti in originali, eodem modo extabat, & in legitimis vetiſque exemplis. Apud

Ughel

Ughellum (*a*) apud Muratorium (*b*) apud Mamachium (*c*) apud Cuſanum (*d*) ſic legitur:

„ Tertius hic Urbis Sedem tenuit Honoratus
„ Antiſtes, cujus ſpiritus aſtra tenet.
„ Euſebius Præſul *primus*, qui Martyr Alumnus
„ Cœlorum poſtquam Regna beata petit.

Unde hæc verba *Primus* & *tertius* eamdem rem attingunt, & indicant. Igitur quum hoc verbum *tertius* dignitatem Epiſcopalem attingat, & ſignificet, ſequitur hunc terminum *primus* ſignificare idem. Sicut Honoratus tertius Antiſtes fuit, ſic Euſebius Præſul primus extitit. In lectione a te efformata, verba *Præſul* & *Alumnus* deſunt, quæ Epiſcopatum, & Magiſterium patefacere debent. Eadem auctoritate, qua verbum *primus* verbo *Martyr* appoſuiſti, ego verbum *primus* verbo *Alumnus* accommodare poſſum. Hujus ſacramenti arcana me fugiunt.

Poſtquam Euſebius, Martyrio coronatus, *primus* Cœlum petiit. Ut hoc mente aſſequar; quæro, an verbum *primus* ad Martyrium refertur, an non?

Si ita res eſt, quum de Epiſcopis Vercellenſibus agatur, hæc propoſitio errore verſatur: nam SS. Sabinianus, & Martialis primi Præſules Vercellenſes (ut ſuſtines) Martyrii palmas primi conſecuti ſunt. Si verbum *primus* refertur ad verba, *Cœlum petit*, hæc propoſitio errore ſcatet. S. Stephanus, Martyrii ſtola ornatus, Cœlos primus conſcendit. Si intelligatur, Euſebium Cœlum petiiſſe primum relative ad Honoratum, non nova audio. Id in admirationem nos traducere nequit; nam Euſebius primus ante Honoratum Cœlos petere debebat; primus enim obiit, ab Ariana rabie peremptus. Honoratus, qui, poſtquam Euſebius Regna beata petierat, Urbis ſedem tenuit, ad Cœlos evolare citius, quam Euſebius, non poterat.

Reponis: „ Hunc autem eſſe verum ſenſum Epitaphii ſuadent verba quæ ſequuntur, quibus Euſebius

E dici-

[a] *Tom. IV. Italiæ ſacræ.*
[b] *Tom. IV. Theſaur. inſcript. p. 1886.*
[c] *Origin & antiquit. Chriſtian. tom. IV. p. 307.*
[d] *Lib. Epiſc. Vercell.*

„ dicitur non fundaſſe Eccleſiam, ſed dumtaxat *docuiſſe*
„ *dogmate recto* „*atque compleſſe ſermonibus & actibus*.

Non eſt magni momenti hoc objectum dirimere. Sicut ex hiſce verbis: *S. Stephanus* in Hungariam *primus* Chriſti fidem & Regis nomen invexit: eruitur, & intelligitur, eum penes ſuam Familiam, immortalitati commendatam, Regnum fundaſſe; ſic ex hiſce verbis, *Euſebius Præſul primus* oſtenditur, ipſum ſedem Epiſcopalem Vercellis fundaſſe, ideſt Vercellis primum ſediſſe. Modo negas Epitaphium fuiſſe D. Honorati ſepulcro inciſum, & arcam ejus ſepulcralem fuiſſe effoſſam; quod utrumque ex nullis monumentis pateat. Hæc carmina initium Epitaphii præſtant.

„ Pontificis Sancti Cineres tenet Honorati
„ Arca, hominis vilis quæ manet ingenio.

Hæc verba illud ad exitum ducunt: *Hic Honoratus adeſt*.

Ex quo conſtat, epitaphium illud fuiſſe arcæ inſculptum, aut lapidem, ubi inſcriptio erat, apud tumulum extitiſſe; quamvis temporum injuria, hominumque incuria fuerit disjunctus a ſepulcro, cujus memoria evanuit. Ex eo quod lapis ille aſſervatus non fuerit, jùdicas illud epitaphium apocriphum eſſe, vel recenter inciſum. Dicam quid hac de re cenſeam. Experientia ductus, damno incuriam veterum, qui omnis fere antiquitatis delectum funditus auſerunt. Ulterius vel caſu, vel homunciunculi cauſa, & opera præclara monumenta e memoria poſterorum excidere.

Cenſeo viros, productos in teſtes de forma characterum, quibus hæc inſcriptio exarata fuit, in memoria non manſiſſe. Rei quinquaginta circiter ante annos curioſitatis cauſa conſpectæ, & alte in animum non demiſſæ memoria effluit. Præterea plerumque characterum forma ſtudioſe non obſervatur ab hominibus, quibus non eſt inſtitutum, conſiderare, & dignoſcere ſæculum, quo epitaphia conſcripta fuere. Illi laudati teſtes ſacramento rem affirmare nollent, ſi peterem fidem ſuam, hac de re juramento adhibito firmatam. Æquum eſt, fidem hic habere dictis Cuſani, qui hiſce ſtudiis operam navabat, quique explorato lapide, & conſiderato epitaphio,

phio, invehitur in nos F.F. Euſtorgianos; quod P. Bugatus in ſuo Chronico ſacras exuvias D. Honorati Epiſcopi Mediolanenſis, in hoc Templo ſervatas, D. Honorato Epiſcopo Vercellenſi adſcripſerit. Confidenter de ſæculo, quo epitaphium exſculptum fuit, judicium tuliſti dicens: „ Quinimmo eadem certitudine te„ nendum, neque exculptum fuiſſe ante dimidium ſæ„ culi XV.

Quamvis epitaphium, D. Honorato ſacrum, non expreſſe prodat hunc Pontificem & Euſebium Vercellis Epiſcopos ſediſſe, ibi defunctos eſſe, & Vercellis tumulatos fuiſſe; tamen hoc implicite proditur ex hiſce carminibus:

„ Tertius hic Urbis Sedem tenuit Honoratus
„ Antiſtes, cujus Spiritus Aſtra tenet.
„ Euſebius Præſul primus, qui Martyr alumnus
„ Hunc Sanctum docuit nutrivit Paſtor Alumnus
„ Egregius Martyr Præſul & Euſebius
„ Exilii pœnas & carceres iſte ſubivit
„ Diſcipulus carus & Socius pariter.

Ubi reperientur duo Antiſtites, nuncupati Euſebius, & Honoratus, quorum unus primam, alter tertiam ſedem occupaverint? Ubi reperietur alter Honoratus, cujuſdam Euſebii Diſcipulus, & Socius, qui una cum Euſebio exilium & carceres, excepto noſtro, ſubierit? Scriptores & Martyrologia de iis teſtimonium perhibent. Aſpiciebatur lapis, aut pars ſepulcri; cui epitaphium inciſum erat. Nihil iſtorum de Epitaphio D. Juſtiniani aſſeritur, & obſervatur.

„ Adde ſtylum ipſum, & ſcribendi rationem, qua „ Epitaphium conceptum eſt, aperte redolere mores „ ſcribendi ejuſdem Sæculi. “ Optima ſententia. P.M. Mamachius noſter, ſumma ingenii laude præſtans, ad ſtudia antiquitatum, & originum Chriſtianarum fortiter incumbens, in monumentorum cognitione verſatiſſimus, fatetur ſæculum, quo hocce monumentum fuerit exaratum, ſibi latere. “ Cujus (ait) hoc monumentum (a) „ ætatis ſit neſcio. Recens certe adeo non eſt, ut VIII. „ Sæculo non ſit vetuſtius. “ Ipſe approbat, hanc inſcri-

E 2

(a) *Orig. & Antiquit. Chriſtian. tom. IV. pag. 306.*

ſcriptionem fuiſſe D. Honorati Sepulcro appoſitam, hanc aſſerens eo loci, quo agit de monumentis inſcriptionum, quæ (*a*) ſepulcris Antiſtitum memoriæ cauſa imponi ſolerent. Mihi aperias cauſam, qua Epitaphium Sæculo XV. efformatum, & lapidi prædicto ſepulcrali inciſum fuerit.

„ In omnibus (me urges) Epiſcoporum Vercellenſium „ picturis tum quæ olim erant intra Baſilicam Euſebia„ nam, tum quæ nunc in Palatio Epiſcopali ..... Eu„ ſebium occupaſſe, & occupare primum locum certum „ eſt. Ergone fuit primus Epiſcopus Vercellenſis-" Poſt pauca. „ In eo (catalogo Progenitorum Salvatoris, „ Matthæo deſcripto) primum locum occupat Abraham, „ & reliquorum agmen ducit; ergo ne nullus ante A„ braham pertinet ad ſeriem progenitorum Chriſti? Hæc „ conſecutio vere ridicula eſſet. " Quæro, an in omnibus Evangeliis, ubi Chriſti generatio deſcribitur, Abraham primum locum occupet? nequaquam. Apud Lucam Chriſti progenitorum ſeries, non tantum ad David, ad Abraham, ad Thare Patre Abraham, ſed uſque ad Adamum: *qui* (*b*) *fuit Adam, qui fuit Dei*. In omnibus elenchis, & in omnibus picturis Epiſcoporum Vercellenſium primum locum Euſebius occupat, & occupavit. Ergo fuit primus Epiſcopus. Oſtendatur, in quo monumento, ſeu veteri, ſeu recenti Euſebius alteri Antiſtiti poſtponatur. Rem difficilem, immo impoſſibilem peto. Sicut Abraham a Matthæo primus in ſerie ſequentium ab ordine deſcriptionis declaratur, & Adam eadem ratione Caput omnium Progenitocum Chriſti proditur; abſque quod Abraham, & Adam dicantur primi; ſic Euſebius a loco Seſſionis, & ab ordine deſcriptionis primus Antiſtes Vercellenſis declaratur abſque quod *primus* ſcribatur. Præterea in elencho, juſſu Epiſcopi Broliæ confecto, legitur: *S. Euſebius primus Epiſcopus Vercellenſis*. Qui ejuſdem catalogi fidem evertere vult, alium præcedentem Præſulem firmis rationibus, & invictiſſimis documentis prodere, & propugnare debet.

„ Non (ſubdis) ſolum autem intrà ambitum Baſili-

cæ

(a) *Ibidem*. [b] *Luc. c.* 3.

„ ex Euſebianæ nulli Epiſcopi, Euſebio præeunte, „ depicti erant, ſed quoque extra fores in atrio ſeu ve- „ ſtibulo ipſius Eccleſiæ alia ſeries Epiſcoporum, teſte „ Modena, depicta erat, quorum .... “ Quæro, an ii Epiſcopi, extra fores in atrio depicti, ſint ſimiles illis, qui ſupra atrium unica tabula expreſſi fuerant, quorum coetui olim D. Potentianus adſcriptus erat, ex quorum coetu nunc nulla ſua culpa a Te exturbatus eſt. Nam ipſius meritis, ut DD. Sabiniani, Martialis, *pulchræ Vercellis caput inter omnes extulit Urbes*. Cenſeo illos Præſules, in atrio expreſſos, a Templo, & aliorum Antiſtitum conſortio ejectos fuiſſe; quod Præſules Vercellenſes nunquam fuere. Quæro, an iſtorum ſeries prolixa fuerit?

Eccleſia Mediolanenſis in tribus Sæculis Epiſcopos vix habet ad implendum eorum ſpatium; & Eccleſia Vercellenſis affluit Epiſcopis, qui primis temporibus eam rexere. Dicebas ab initio hujus capitis (*a*): „ De Epiſcopis uſque ad pacem Eccleſiæ redditam per Conſtantinum Magnum quid ſtatuendum cenſes....? (Sæculo III.) impie ſævitum eſt, omnibus Eccleſiæ Annalibus, in quos nomina & res geſtæ Epiſcoporum.... relata erant, igni damnatis. “ Nunc affers præter ſeriem Epiſcoporum, in Templo penicillo deſcriptam, alteram aliorum, extra Templum depictorum, ad quorum calcem inſcripta erant nomina, quæ tempeſtate Modenæ vetuſtate adeo oblitterata erant, ut nullius nomen legi poſſet. Quomodo hæc nomina ad hominum memoriam pervenere; quum omnes Eccleſiæ Annales, in quibus nomina Epiſcoporum relata erant, flammis damnati fuerint?

Ultimo affers Bibliothecarium, a quo narratur, nomina Patriarcharum Orientalium, qui a Concilio Conſtantinopolitano III. ut Monothelitæ, damnati ſunt, de dypthicis Eccleſiarum expuncta, vel de picturis Eccleſiæ figuras eorum, aut in foribus, ubi eſſe poterant, ablatas fuiſſe. Ex hac eruditionis copia ab Oriente translata probatur mos etiam apud nos vigens, ſcilicet efformandi in ſignum ditionis Epiſcoporum actu ſedentium,

 for-

(a) *Pag.* 123.

formas, aut inſignia gentilitia in Templis, vel in eorum atriis, & foribus. In illa laudata ſerie Epiſcoporum, in atrio & foribus Baſilicæ Euſebianæ penicillo deſcripta, fuit quædam iterata pars formarum, quibus Antiſtites in Templo exprimebantur: ex quo cujuſdam Antiſtitis, qui D. Euſebium præceſſerit.

Sermo de antiquitate Eccleſiæ Vercellenſis inſtitutus finem attigit.

Noveris, Cl. vir, meæ Eccleſiæ traditionem, & ſententiam a me continuo propugnatam fuiſſe. Quum mea Eccleſia ſuam veterem de rebus, uſque huc agitatis, ſententiam deponat, in tuam tendens, eam, ut filius, ſequar.

PARS II.

De Dignitate, ſeu jure Metropolitico Eccleſiæ Vercellenſis.

STatim aſſeris Modenam Virum doctum & probum, qui de viſu teſtimonium illius veteris tabulæ, ſæpius productæ, tulit, a me in mendacii ſuſpicionem vocatum hic eſſe. Qui oculos habet, videat, & librum meum pag. LIX. ſedulo legat, & inducetur, ut credat, hoc eſſe commentum. Hic ne verbum quidem de Modena bono homine feci. Verum de tabula, a Modena relata, loquens, aſſerebam: „ aut tabula vetuſte depi„ cta, tres Præſules, ſcilicet SS. Sabinianum, Poten„ tianum, & Martialem exprimens, falſitatem redo„ let, aut Fileppus in culpam injuſtitiæ incidit, non „ adſcribens primorum Antiſtitum cœtui Potentia„ num. “

Hiſce verbis difficultatem non ſolvis. Div. Potentianus a te non habetur ut Pontifex, ſed ut Socius D. Sabiniani; Ergo illa effigies trium Pontificum Sabiniani Potentiaui, & Martialis, unica tabula expreſſa, falſitatem redolet. D. Potentianus nullibi Epiſcopali mu-

munere defunctus eſt, & in Tabula, elate laudata, obtinet eundem locum, eamdem dignitatem, eademque inſignia, quibus cæteri Pontifices evulgantur. Modeſtiæ doctrinam, & probitatem admitto ac veneror; at in illo judicii acritas, prudentia, & in decernendis rebus veris, falſiſque delectus deſideratur.

Tibi ſatis abunde eſt Potentiani, ut Socii, conſortium, quod cum Sabiniano, & Martiali tui gratia obtinet; quia eum, ut Pontificem, honeſte & vere ibi locare nequis. Id ne vis? per me non licet, & facile non patiar. Illa effigies Pontentianum, ut Pontificem, non Prædicationis Socium declarat; quo illius tabulæ falſitas innoteſcit.

Novi, & omnes norunt, D. Paulum in Romana Eccleſia Evangelii prædicatione D. Petri Socium, & adjutorem. D. Leo loco cit. Petrum, & Paulum Romanæ Urbis Patres, & Paſtores merito vocat; quia Romanos in fide genuerunt, genitoſque verbo, & doctrina enutrierunt: at non ideo æqualis Pontificatus poteſtas ab ipſomet ſignificatur; quum ibidem aſſerat, Romam per B. Petri ſedem Caput Orbis effectam eſſe. Ambo una eademque tabula, præcipue in diplomatibus Pontificiis, exprimuntur non ut Romani Pontifices, ſed ut interceſſores, & ut Apoſtoli. Vetum SS. Sabinianus, Martialis, & Potentianus in illa vetuſta tabula ſedent, ut Pontifices. Ea propter in culpam injuſtitiæ incidis, ejiciens Potentianum a cœtu primorum Antiſtirum, ubi longo ævorum rudium intervallo Vercellarum venerationem, ut Epiſcopus, obtinebat. Si Te abſolutum dimittere velimus, præfatam Tabulam falſitate damnare, & infringere debemus. Ad excutiendum jus Metropolitieum Vercellenſe, a Te aſſertum, & propugnatum, accedamus.

IN PROPOSITIONEM I.

„ Dignitas Metropolitica Eccleſiæ Vercellenſis demonſtratur auctoritate D. Athanaſii, & Libri Synodici, qui prodiit temporibus Photii.

ANIMADVERSIO I.

DUM in intelligentia meorum textuum peregrinari fingis, mea argumenta non attingis. Afferebam (*a*) verba Athanaſii, a Theodoreto allata: „ ex „ quorum numero, ait, clariſſimæ memoriæ Viri religioſi, & Epiſcopi boni: *Paulinus* Epiſcopus Trevi„ rorum, quæ Galliarum Metropolis eſt: *Lucifer* Me„ tropolitanus Sardiniæ: *Euſebius* Vercellis Civitate „ Italiæ: *Dionyſius* Mediolani, quod & ipſum eſt Ita„ liæ Metropolis. “Super his verbis hoc argumenrum inſtautabam. „“Athanaſius Luciferum non appellat E„ piſcopum Metropolis Sardiniæ, ſed Metropolitanum „ Sardiniæ: Lucifer non obtinuit dignitatem Metropo„ litæ Civilis: Ergo fuit Eccleſiaſticus Metropolita. „ Qua de cauſa non debes intelligere cætera. Athana„ ſii verba, de Epiſcopo Trevireoſi, ac Mediolanenſi „ allata. Non etenim caſu, & inconſulto exprimit, „ Paulinum, Dionyſium, & Luciferum Epiſcopos Ur„ bium Metropoleon extitiſſe; ſed ut patefaceret, eos „ præcipuarum Eccleſiarum, quæ in illis Provinciis „ Primatum tenerent, fuiſſe Præſules. Quamobrem de „ D. Euſebio Vercellenſi id prætermiſit; eo quod Urbs „ illa nec gradu Metropolitano Civili, nec Eccleſiaſti„ co polleret. Igitur (hæc conſecutio a te conſulto „ omiſſa) igitur Athanaſii ætate Mediolanum decore „ Metropoleos tum Civili, tum Eccleſiaſtico donatum „ fuit. Igitur Dionyſius revera Metropolita Eccleſia„ ſticus extabat. Igitur Euſebius hac dignitate non flo„ ruit, ne in eadem Provincia dupliceem Metropolitam „ ponamus. “ Ubinam ſunt illæ verborum ambages, quæ te occupatum, & implicatum tenent? Ubi ſunt tri-

(a) *Diſſert.* 1. 60. 61.

triæ? Ubi ſunt contradictiones? Nullus hominum eſt, cui non intelligat, quid mihi velim. Volo perſuaſum habeas, nihil ex auctoritate D. Athanaſii ad tuendos tuos conatus erui, & D. Athanaſium tibi obverſum eſſe; quia de D. Euſebio non eodem modo locutus eſt, quo de Lucifero, Paulino, ac Dionyſio ſermonem habuit. Volo perſuaſum ex argumento tibi habeas, Vercellas nec gradu Metropolitico civili, nec Eccleſiaſtico decoratas fuiſſe. Volo tibi perſuadeas ex vi argumenti erui jus Metropoliticum Eccleſiaſticum, D. Athanaſii ætate a D. Dionyſio obtentum: ex quo innoteſcit, impoſſibile eſſe in eadem Provincia jactatum D. Euſebii Metropoliticum decus. Nihilominus rejicimus opinionem, quæ ex Athanaſio ſtatuit, jus Metropoliticum Eccleſiaſticum apud Luciferum, Paulinum, & Dionyſium viguiſſe. Etſi hac de re idem cenſeas, tamen ex vi argumenti compulſus es, ut præfatis Epiſcopis jus Metropoliticum Eccleſiaſticum concedas; eo quod ex verbis D. Athanaſii eandem dignitatem eruere contendis. In ſuſpicionem meæ infidelitatis cadis; dum afferre hæc verba Athanaſii, a Theodoreto juxta verſionem Valerii prius allata: „ Lucifer Metropolitanus. " Hinc fateris, Valerii verſionem, ex adverſo citatam, non habere. Ergo eam non legiſti. Vir gravis, & religioſus ſuſpicione facile duci non debet.

„ Euſebius (ait Athanaſius) Vercellis Civitate Ita„ liæ, Dionyſius Mediolani, quod & ipſum eſt Italiæ „ Metropolis. En (infers Cl. Theologe) en duas in „ Italia Metropoles, Vercellæ nempe, & Mediolanum, „ quod & ipſum eſt Metropolis Italiæ, ſubaudi, ſicut „ Vercellæ. Hæc enim verba *quod & ipſum* ſunt evi„ denter implicativa, & naturali vi verborum referun„ tur ad præcedentem periodi partem, qua proxime di„ cebatur. Euſebius Vercellis Civitate Italiæ. " Dixiſti, de tenebris lucem ſplendeſcere. Ab omnibus eruitur ex hiſce verbis, Vercellas non fuiſſe Metropolim; quia Athanaſius eam non vocat Metropolim, ſicut Urbes Trevirenſem, & Mediolanenſem fuiſſe Metropoles aſſeruit. Tu oppoſitum educis. Brevi dicam, hæc verba: *Mediolani quod & ipſum eſt Metropolis Italia* : referri

, ad

ad primam periodi partem, qua appellantur Paulinus Epiſcopus Trevirorum, quæ Galliarum Metropolis eſt, Lucifer Metropolitanus Sardiniæ. Hęc mea verba „ priuſ- „ quam ad noſtram rem probandam deſcendamus... “ naturali ſenſu ſignificant rem noſtram, ſcilicet inſtitutam, quæ in hac probatione ſita eſt, ſcilicet primis Chriſtianis ævis (quod a Te ſtatutum eſt) eam rationem ſervatam non fuiſſe, ut Metropolitæ Eccleſiaſtici inſtituerentur quidem in quadam ex inſignioribus Provinciæ Urbibus, non tamen in Metropoli Civili. Hæc erat noſtra res probanda. „ Non Treviris, ſed (ais) „ Arelate (*a*) Metropolitanus Epiſcopus Galliarum con- „ ſtitutus eſt. “ Non concedis jus Metropoliticum Eccleſiaſticum Trevirorum Urbi, quæ erat Metropolis Civilis Galliarum; & Arelati Urbi illud abunde tribuis, antequam illa jure Civilis Metropolis potiretur. Diſſimulas, quod eruditi Viri omnes ſciunt, & defendunt, ſcilicet ad Civilium Præfecturarum exemplar Eccleſiaſticas Diœceſes olim ſolitas eſſe conformari, ita ut quæ civilis erat Metropolis, eadem & Eccleſiaſtica foret. Ab Antiochena Synodo (*b*) ita res explicatur: „ Per „ ſingulas regiones Epiſcopos convenit noſſe, Metropo- „ litanum Epiſcoporum ſolicitudinem totius Provin- „ ciæ gerere; propter quod ad Metropolim omnes un- „ dique, qui negotia videntur habere, concurrunt. Un- „ de placuit eum & honore præcellere. “ Id apprime innotuit Sidonio, de Patiente Lugdunenſi (*c*) ita ſcribenti: „ Fecit & patiens Vir quamlibet magnis par ta- „ men laudibus, quod ſatis decuit facere perſonam, „ quæ caput eſt Civitati per ſacerdotium, Provinciæ „ veſtræ per Civitatem. “ Nec eadem Romani Imperii forma ſpectata eſt a Lucio Maximo Pontifice, ſive ab Auctore Epiſtolæ decretalis, ejus nomine inſcriptæ, ex qua hæc in Decreto Gratiani excerpta ſunt. „ Pri- „ mates (*d*) ibi conſtituuntur, ubi olim poneban- „ tur Protoflamines Gentilium: Archiepiſcopi, ubi „ Archiflamines: Epiſcopi, ubi eorum flamines. “ Id ipſum obſervatum eſt ab Antonio (*e*) Auguſtino, a

Ger-

(a) *Diſſert. pag.* 254. (b) *can.* IX. (c) *Lib* IV. *ep.* XXV. (d) *Gloſſa initio diſtinct.* 8. (e) *Epitom. Juris lib.*2. *tit.* 1.

Digitized by Google

Germonio (*a*), ab Azorio (*b*), a Lazio (*c*), a Morino (*d*), ab Uſſerio (*e*), ab Andrea Dominico (*f*), a Polydoro Virgilio (*g*), a Card. Aguirre (*h*). „ Illud „ (noſtram rem abſolvit Synodus Taurinenſis anno 397. „ celebrata) illud inter Epiſcopos Urbium Arelatenſis, & Viennenſis, qui de Primatus apud nos honore certabant, a Sancta Synodo definitum eſt, ut „ qui ex eis approbaverit, ſuam Civitatem eſſe Metropolim, is totius Provinciæ honorem Primatus obtineat, & ipſe juxta Canonum præcepta ordinationum „ habeat poteſtatem. “ Euſebius, (*i*) de Martyribus, Marco Aurelio imperante in Gallia paſſis, ſermonem inſtituens, hæc ſcribit: „ In qua (ideſt Gallia) præter cæteras duæ ſunt Metropolitanæ Urbes, „ Lugdunum, & Vienna. “

Ex hiſce antiquum jus Metropoliticum Arelatenſe funditus ruit.

Teſtimonium D. Gregorii, ad firmandam vetuſtatem juris Metropolitici Arelatenſis adductum, nihil nos premit. Id patet ex Epiſtola V. ejuſdem SS. Pontificis (*k*) ad Virgilium Arelatenſem miſſa, ubi hæc verba extant: „ Quod vero in eis (epiſtolis tuis) juxta antiquum morem uſum Pallii, ac vices Sedis Apoſtolicæ „ poſtulaſti, abſit .... “ Circa annum DXCIII. antiquus ille mos ortum habuit a Symmacho, qui Sæculo V. labente floruit, quique primus & uſum Pallii, & Sedis Apoſtolicæ vices in Galliis Arelatenſi Epiſcopo conceſſit. Idem Symmachus diviſionem Provinciæ inter Viennenſem, & Arelatenſem Eccleſiam a Leone I. Probo V. C. Conſule factam, & Metropoleos privilegium, quod ille ſanxit, confirmavit. Zoſimus Pont. Max. Sæculo V. incunte Eccleſiam regens, fuit Primus, qui Eccleſiam Arelatenſem Metropolis dignitate

effuſe

(a) *Lib. 2. de Sacror. Immunit. c. 5.* (b) *pag. 1. inſtitut. lib. 3. cap. 36. qu. 8.* (c) *Lib. 2. Republ. Roman.* (d) *Lib. 1. exercit.* (e) *De Britannic. Eccleſ. antiq. cap. 5.* (f) *De poteſt. Rom. l. 1. c. 5.* (g) *De Inventor. Rer. l. 4. c. 12.* (h) *Tom. 1. Concilior. Hiſpan. l. tertio Conc. Illiberitaui c. 42.* (i) *Lib. 5. cap. 1.* (k) *Lib. IV.*

effuſe inſignivit, & Bonifacius, immediatus Zoſimi ſucceſor eam poteſtatem ad ſolos Provinciæ Viennenſis limites adduxit. Quapropter (ait Natalis ibi citatus) Libellus ſupplex, ab Epiſcopis Provinciæ Viennenſis S. Leoni Pontifici Maximo porrectus eſt, ut ab ipſo reſtitutionem Arelatenſis Eccleſiæ in priſtinam dignitatem Metropoliticam obtinerent; quod decretum Bonifacii convelleret Reſcriptum Zoſimi, non Viennenſem Provinciam dumtaxat, ſed utramque Narbonenſem Arelatenſi Epiſcopo ob S. Trophimi reverentiam ſubjicientis. Igitur jus Metropoliticum Arelatenſe a Zoſimo initia petiit. At in Reſcripto Zoſimus hæc verba habet: „Ad
„ quam (Arelatenſem Urbem) primum ex hac ſe-
„ de Trophinus ſummus Antiſtes, ex cujus fonte to-
„ tæ Galliæ fidei rivulos acceperunt, directus eſt. Quid
„ inde? Quis neſcit (iterum ajo cum Sirmondo) Pon-
„ tificis (*a*) Epiſtolis, ubi aliquid narrando pronunciat,
„ tantum eſſe auctoritatis & fidei, quanta illorum eſt,
„ qui ſuggeſſerint. Zoſimus quidem nec Pauli Diſcipu-
„ lum vocat Trophimum, nec a Petro miſſum nar-
„ rat .... ſed a Sede Apoſtolica. Quod vero ex ejus fon-
„ te alios omnes hauſiſſe refert, ab iis ſuggeſtus eſt,
„ qui preces obtulerant, & movere non debet .... Si-
„ ve veræ autem, ſeu fictæ ſint Pontificum Epiſtolæ,
„ rerum, quas narrant, fidem, ut dixi, certam non
„ faciunt. “

Natalis, ut jus Metropoliticum ſemper ab Epiſcopo Arelatenſi obtentum propugnet, nobis exhibet Verum Epiſcopum Viennenſem, qui in Concilio Arelatenſi primo, poſt Marinum Arelatenſem ſubſcripſit, aſſerens .... „ Quod non ita factum eſſet, ſi verus Me-
„ tropolitanus fuiſſet Marini. “ In Concilio Romano, ſub Hilaro Pontifice Maximo celebrato, Maximus Epiſcopus Taurinenſis poſt Romanum Pontificem primo ponitur inter quadraginta octo Epiſcopos, qui Synodo interfuerunt, quorum alii eodem digniores illic eſſent; quum (*b*) plures Epiſcopi Metropolitani ſederint, ut inter

(a) *Tom. IV. pag.* 243. (b) *Baron. ad ann.* 466. *pag.* 267. *Euſtach. a S. Ubaldo Diſſert. de Metropoli Mediol. ſect.* 2. *c.* 2. *n.* 102. *pag.* 79. 80.

inter alios Eccleſiæ Mediolanenſis Antiſtes. Quid reponetur? Diſcamus ex ſerie ſubſcribentium non ſedium prærogativæ, ſed temporis, quo quiſque Epiſcoporum ſedere cœpit, ſolitam rationem haberi. Hæc res ultra agetur, dum acta Concilij Mediolanenſis agitaturus.

Jacobi Sirmondi auctoritatem, a me tibi allatam truncas, deinde nimio plus loqueris: „ Omnino Romam inter & Mediolanum nulla olim Eccleſia Metropolis. Primus enim ante annos ferme quingentos Urbanus II. Provinciæ Romanæ ſpatia contraxit, Piſana nova Provincia intra ejus fines conſtituta, Quo factum .... “ Inde ipſe omnes fere Metropoles, & Provincias e Romana, & Mediolanenſi eductas prodit. Ex quo infertur, in Italica Diœceſi nullam alterius Provinciæ, & Metropolis erectionem antiquitus effectam manifeſtari. Oſtendatur oppoſitum, a te propugnatum, & in veris & legitimis documentis oſtendatur, omiſſis verborum aculeis, quæ rationis vicem ſuſtinere non poſſunt. Non ſatis eſt in publicum producere Auguſtinum ab Eccleſia (*a*) & Hieronymum Rubeum, quorum unus noſtræ Eccleſiæ originem a temporibus Apoſtolorum ducit, & alter eidem olim Metropolis decus ex boni cordis ſententia ſplendide conceſſit: verba inconſulto fuſa, & jucunda ad deliniendas aures, ac capiendum animum ſedulo colligere non ſatis eſt, ſine cura colligendi, aut quærendi monumenta quibus hæc firmatur.

Nunc contendis, ut probes ex me, Euſebium Metropolitam, eo quod dixerim, hunc terminum *Metropolitanus* in ſecunda verſione textus, ſæpius laudati D. Athanaſii extantem, & ibi productum, uno eodemque modo ſuper Euſebium, & Dionyſium cadere. „ Itaque „ (ais) ex verbis Athanaſii claret, Euſebium fuiſſe „ Metropolitam. Quid ad hæc noſter Diſſertator? “ Reſpondere jubeor? Quæſitus fugam arripere nequeo. Reſpondeo ſic interroganti. Anne jocaris? Ridens ne hoc dicis, an ſerio?

In hoc textu „ Liberius Romanus Præſul. Paulinus „ Galliarum Metropolitanus, Dionyſius Italiæ, Lucifer

(a) *Diſſert. Apolog. p. 42.*

cifer Sardiniæ, Euſebius item Italiæ. “ Hunc terminum *Metropolitanus* ad Dionyſium refers, & ex hoc eruis Dionyſium fuiſſe Italiæ Metropolitanum Civilem; deinde præfatum terminum ad Euſebium refers; & ex hoc eruis Euſebium fuiſſe Metropolitam Eccleſiaſticum.
„ Quiſnam (dicebam) conceſſit Fileppo facultatem
„ trahendi in varios ſenſus unam orationem, intelli-
„ gendo Dionyſium Italiæ Metropolitam Civilem, &
„ Euſebium Italiæ Metropolitam Eccleſiaſticum; quum
„ idem terminus *Metropolitanus* uno eodemque modo
„ ſuper ambos cadat? “

Nunc ex hac mea propoſitione eruis, Euſebium fuiſſe Metropolitam. Te urgeo ſic. Hic terminus *Metropolitanus* uno eodemque modo ſuper Euſebium, & Dionyſium cadit; Atqui Dionyſius ex te non fuit Metropolita Eccleſiaſticus; Ergo Euſebius & ipſe non fuit Metropolita Eccleſiaſticus. Quid ad hæc? Amplius inſto. Atqui Dionyſius non fuit Metropolita Civilis (non enim fuit Civilis Provinciæ adminiſtrator, & Præfectus, ac Imperii Vicarius;) Ergo nec Euſebius fuit Metropolita Civilis; Ergo nullo modo fuit Metropolita.

In hac ejuſdem verſione evidenter (ajo loco citato) clareſcit mens Athanaſii, exprimentis hoc termino *Metropolitanus* eos Epiſcopali gradu donatos. Non obſervas rationes, quibus hæc propoſitio brevi firmatur. Quæro, an Paulinus, Lucifer, Dionyſius fuerint Metropolitani Eccleſiaſtici, an non? nequaquam reſpondebis, qui hoc aſſeris. Quæro; an iidem fuerint Metropolitæ Civiles, an non? Nequaquam. Id nemo aſſerere poteſt. Igitur hic terminus *Metropolitanus* exprimit, eos fuiſſe Epiſcopos.

In duobus verſionibus, a te relatis, Paulinus dicitur Galliarum Metropolis Epiſcopus, vel Trevirorum Galliæ Metropolis Epiſcopus: Dionyſius Italiæ Metropolis Epiſcopus, vel Epiſcopus Mediolani; eſt autem & ipſa Metropolis . . . . . „ Nemo (ais) nemo eſt unus,
„ qui (a) Metropolitanum idem eſſe dixerit, ac Epi-
„ ſcopum. Dionyſium (poſt pauca ais) non alia

(a) ra-

(a) pag. 152.

„ (a) ratione dici Metropolitanum, niſi quia fuit E-
„ piſcopus Urbis Metropolis, ipſo D. Athanaſius ex-
„ preſſis verbis alio loco nos edocet, & ita textum
„ intelligendum eſſe aſſerunt Berterius de Rubeis, &
„ Eruditi paſſim. “ Quis non videat Te modo inve-
„ niſſe neminem, qui Metropolitanum idem eſſe dixerit,
ac Epiſcopum: modo invenire paſſim Eruditos, qui
aſſerunt D. Dionyſium dici *Metropolitanum*, *quia fuit
Epiſcopus Urbis* Metropolis? Hæc ad ſatietatem. Attuli-
ſti librum Synodicum, qui Photii ætate prodiit, ubi
Synodi Mediolanenſis, imperante Conſtantio, celebra-
tæ, acta producuntur, & hæc verba habentur: „ Pro-
„ pterea Principes hujus Synodi exilio Conſtantius
„ mulctavit . . . . Papam Romæ Liberium . . . . . .
„ Galliarum item Metropolitas Paulum, & Diony-
„ ſium, Italiæ Metropolitam B. Euſebium . . . . “
Nonne nitidiſſime errores exprimuntur? Quomodo, &
quo tempore, & quo privilegio Paulinus, & Dionyſius
ambo Galliarum Metropolitæ extitere? Dionyſius a D.
Athanaſio Italiæ Metropolita nuncupatur, & Eccle-
ſiam Mediolanenſem adminiſtravit.

Repetendus eſt error, in quem libri præfati Auctor
cecidit, vocans Paulinum, & Dionyſium G[illegible]arum
Metropolitas. Admitto iterum Euſebium fuiſſe
Metropolitam eo modo, quo Dionyſius Galliar[illegible]
tropolita extitit. „ Hic textus (ajebam) pote[illegible] ve-
„ rum ſenſum revocari, vertendo illud verbum *Metro-
„ politas* in hoc verbum *Metropolitam*, & traducendo
„ illud comma, fixum inter verba *Dionyſium*, & *Ita-
„ liæ* ad illud ſpatium, quod verba *Metropolitam* „ &
„ *Beatum* interſecat. “ Hæc hujuſce textus emendatio
indignationem, nedum riſum tibi elicit; & nobis diſ-
plicere minime debet illa interpretatio, qua in alie-
num ſenſum torques hunc verſum Epitaphii D. Ho-
norati:

„ Euſebius Præſul primus, qui Martyr Alumnus “
illud comma, fixum inter verba, *Primus*, *qui Mar-
tyr*, transferens ad illud ſpatium, quod verba *Præſul
Primus* interſecat; & excipienda eſt extenſis ulnis,
ab-

(a) *Pag.* 153.

abjectiſque animis alia interpretatio, qua in obliquum inflectis ſenſum hujus propoſitionis, a D. Athanaſio conſcriptæ: „ Dionyſius (Epiſcopus) Mediolani, quod „ & ipſum eſt Italiæ Metropolis, addens: ſubaudi „ (a), ſicut Vercellæ. "

IN PROPOSITIONEM II.

„ Solicitudo D. Euſebii ejuſdem Metropoliticam „ Dignitatem declarat. "

ANIMADVERSIO II.

CEnſebam diſſipatam, velut ſomnium, opinionem Rubei de Metropolitico Primatu, ex Vercellenſi Eccleſia ad Mediolanenſem a Teodoſio D. Ambroſii cauſa & opera translato. Nunc pronuntias, nullam rationem, ad evertendam hanc excogitationem a me allatam fuiſſe. „ Nullam (ais) penitus dat. " Sit, ut tibi placet. Pari armorum copia cum illo dimicabam. Adverſus eum, qui in certamen deſcendit, tremulis ac fragilibus arundinibus inſtructus, ſtrenui Militis partes explentur, dum pugna ſine ullo armorum genere committitur. Is, qui ſola ſui infirma auctoritate, nulla rationum, & documentorum firmitate, ſola alterius auctoritate pariter ſine rationis præſidio impugnari debet. Dum unus ad arbitrium & ad genio rem affirmat, alter eodem fundamento negare poteſt. At rationes non vanas, futileſque adferebam, quarum prima, & potior eſt, qua aſſerui, ad poteſtatem Pontificis Romani, non Cæſarum, Metropolitarum productionem attinere. Hic clare lucet Hieronymi Rubei judicio Metropoliticus-Primatus, D. Ambroſii opera & cauſa a Theodoſio Auguſto Eccleſiæ Mediolanenſi tributus. Rubeus ibi ait; „ D. enim Ambroſii opera, „ atque cauſa Metropoliticus honor a Theodoſio Im„ peratore Eccleſiæ Mediolanenſi tributus eſt. " Res omnibus affatim patet, ut in lucem non amplius proferatur, & omnem piam, ac amicam interpretationem ex-

(a) *Diſſert. Apolog. p.* 145.

cludat. Quomodo a Te dicitur. „ Neque (a) Rubeus
„ id aſſerit?“ Pietate commotus Rubei errorem ſic tue-
ris : „ Dicitur tribuere is , qui , quamvis aliquid
„ ſua auctoritate non tribuat, interventu tamen ſuo fa-
„ cit, ut ab eo cujus eſt , tribuatur “ . . Poſt pau-
ca : „ Neque S. Ambroſius, cujus opera , & cauſa
„ honos Metropoliticus Eccleſiæ Mediolanenſi tributus
„ eſt . . . “ Novimus Ambroſii non auctoritate , ſed
interventu hocce decus Mediolani tributum fuiſſe ,
ut Rubeus aſſerit.

Ex ipſius propoſitione patet , non a Pontifice Ro-
mano, ſed a Cæſare illud tributum eſſe. In illa pro-
poſitione adferuntur Largitor, & Interceſſor : D. Am-
broſius Interceſſor : Theodoſius Largitor apparet , &
dignoſcitur: in illa enim Pontifex racitus prætermit-
titur. „ Per alios (ut Auguſtinus ibi citatus ait) fa-
„ cto acceſſu Centurionis ad Dominum , compendio
„ dicere (Matthæus). voluit: Acceſſit ad eum Centu-
„ rio. “ Optime dixit ; nam ipſemet nuncios ad Je-
ſum miſit. Ergo intelligitur ex Rubei dictis, Theo-
doſium Mediolano prefatum decus tribuiſſe ; quamvis
ad rem implendam D. Ambroſii operam adhibuerit.

Neque (addis ultra) neque Rubeus id aſſerit . Aſ-
ſeruit abſolute gradum Metropoliticum Mediolano a
Theodoſio tributum fuiſſe. nihil dubitationis habeo de
eo, qui (b) aſſert Eccleſiæ Ravennatis gratia Impera-
toris Valentiniani Privilegium, ex Tabulario Urſianæ
Eccleſiæ, & ex autographo vetuſtate aliquot in locis
corrupto tranſcriptum, quod Baronius, ac Ughellus ,
de Ravennatibus Epiſcopis ſermonem agens, inter ſup-
poſititia jure referunt. En partem ejuſdem. „ In no-
„ mine Dei . . . . Flavius Valentinianus . . . . Im-
„ perator Auguſtus Joanni viro Sanctiſſimo Archiepi-
„ ſcopo Ravennæ Civitatis . . . . At proinde Impe-
„ riali auctoritate *ſancimus* Sanctitatem tuam , & San-
„ ctam tuam Ravennatem Eccleſiam , atque univerſos
„ poſt eum Deo amabiles Præſules , Archieratica Di-
„ gnitate erectam , Metropolitæ decore ſublimandam ;
„ ſeu Archiepiſcopalis faſtigio terribiliter preponendam.

F „ Con-

(a) *Pag.* 156. (b) *Hiſt. Ravennatis l.* 2 *pag.* 97.

„ Conſtituentes ſub ſacroſanctæ ejus Eccleſiæ Ditione „ ordinationem totius Æmiliæ Provinciæ noſtræ, om- „ nium Deo amabilium Epiſcoporum creationes, ideſt „ . . . . Conferentes ob decorem Apoſtolicæ Dignita- „ tis honorem Palei, & omnis Pontificalis decoris u- „ ſum, ſicut etiam ſub noſtra Chriſtianiſſima Republi- „ ca fruuntur Metropolitæ . . . . Fiat. Literæ Impe- „ ratoris. Datum VII. Idus Januarii.“ Hocce Privilegium, ut ſuppoſititium, fideique indignum Baronius ad annum 432. pluribus explodit, & cenſet Schiſmatis tempore, quo diu Ravennas Eccleſia laboravit, confictum fuiſſe. Ex quo nobis eluceſcit mens Rubei, qui affirmat, Jus Metropoliticum Mediolano a Theodoſio tributum fuiſſe.

Corius, ibi citatus, in rebus patriis peregrinatur; dum affirmat, D. Ambroſium eo mentem ſuam direxiſſe, ut Eccleſiam Mediolanenſem in ſublime ferret, & ejus juriſdictioni viginti Inſubiæ Eccleſias ſubjiceret. Quod D. Ambroſio neceſſe minime fuit. Nam, ut (a) dixi in Diſſertatione mea, D. Ambroſii auctoritas in Æmiliam, Liguriam, Inſubriam, Alpes Cottias, Retias, Venetias, cæteraſque finitimas Italiæ partes latiſſime ſe porrigebat.

Si D. Ambroſius operam ſuam dediſſet, ut decor Metropoliticus Eccleſiæ ſuæ a Theodoſio Cæſare tributus eſſet, ambitionis nævo non careret. Nam jus Metropoliticum conſecutus eſſet, coocedente, & tribuente Cæſare, a cujus poteſtate nunquam dependet; non a Pontifice Romano, a cujus arbitriis, ac poteſtate in Eccleſias id totum ſplendoris, ac dignitatis procedit. Si Rubei propoſitio ſubſiſteret, quis non cenſeret, Theodoſium, & Ambroſium injuſtitiæ ſpecie perfuſos; quod unus præpotentiæ conatus in jus Romani Pontificis inveheret, alter Eccleſiam Vercellenſem etiam detrimento afficeret?

Rubeus geſtorum D. Euſebii Vercellenſis, & D. Dionyſii Mediolanenſis, & actorum Concilii Mediolanenſis, ſub Conſtantii Imperio peracti, memoriam raptim ibi agit, eadem minime exponens, & ſpecialiter

mi

(a) *Pag.* 100.

minime verſans, & ex iis ad firmandam Dignitatem D. Euſebii Metropoliticam robur, & pondus minime eruens. Ea propter eadem ſilentio prætermiſi. Quiſnam cenſeat, Militem pugnæ ſe ſe ſubtrahere, dum pugna non eſt?

Ut meis inſtantiis, ibi productis, te ſubducas, D. Euſebii ſolicitudinem, qua Orientales Eccleſias reſtituit, D. Hilarii ſolicitudinem, qua Eccleſiarum fidem reformavit, Legationis auctoritati a Conciliis conceſſæ adſcribis. Qua de cauſa non duceris ad tribuendam D. Euſebio, ut Legato, ſolicitudinem, qua in finitimis Urbibus ſancte, pie, & ſtrenue ſe ſe egit? Cur ad præſtandum ei jus Metropoliticum, nullis momentis urgentibus, nulla neceſſitate impellente, nullo documento firmante conniteris? Duæ viæ, quarum una eſt recta, frequens, expeditior, & facilior, ideſt Legationis poteſtas, altera eſt incognita, impervia, abrupta, difficillima, laboris & moleſtiæ plena eſt, ideſt excogitatum Metropolitæ jus, ducunt ad ſervandam D. Euſebii ſolicitudinem, quam aliarum *Urbium gratia habuit*. Obliquæ, & intercluſæ viæ inſiſtis. Res aperitur & proditur ex more, a Pontificibus, ac Conciliis, a Te ibi relatis, ſervato, quo Religionis reficiendæ cauſa in varias Provincias Viri aptiſſimi mittebantur.

Ferrerius hanc rem clare exponit, dum loco, a Te allato, hæc verba facit: „ Euſebius, & quia ſibi a Romano Pontifice Inſubriæ, & totius Liguriæ paſtoralis cura ac ſolicitudo fuerat demandata, „ & quia Mediolanenſem Eccleſiam in Chriſti viſceribus ſingulariter diligebat, Mediolanum contendit ad „ Auxentium . . . . “ Is ſolicitudinem, a D. Euſebio in finitimis Urbibus habitam, non Metropoliticæ Dignitati, ſed Legationi Pontificiæ, non temere (ut ais) ſed vere & ſolide attribuit. Res mira! Contendis, eruere Metropoliticum jus Euſebianum ex Ferrerio, & adverſus expoſitam ejus mentem, qui fatetur, a Pontifice Romano Inſubriæ, & totius Liguriæ paſtoralem curam, & ſolicitudinem eidem demandatam fuiſſe.

Ut viæ compendium faciam, & brevi rem conficiam, firmiter aſſero, D. Euſebium, nec ut Metropolitam,

nec ut Legatum, ſed ut Epiſcopum præfatam Paſtoralem ſolicitudinem in finitimis aliis Urbibus egiſſe. „ Haud ita cito (DD. Carolus Epiſcopus Novarienſis „ optime ſcripſit) Epiſcopus (*a*) minoribus Civitati- „ bus dari conſuevit. Parvus Chriſtianorum numerus, „ & modica, neque ita firmiter collecta, Eccleſia per „ Presbyteros recta eſt, ſicuti hodie Oppida quædam „ & Urbes etiam minores nonnullæ. “ Scimus & nos, in Galliis, & Germania hoc tempore plurimas Urbes uni Antiſtiti ſubjectas eſſe. Nonnullæ Urbes, ut Novaria, ac Induſtria, aliæque propria Sede Epiſcopali carebant, & Vercellenſis Diœceſis partem efformabant: quo D. Euſebius in eiſdem inſtructionibus & luſtrationibus curam Paſtoralem adhibuit.

Dum D. Euſebii ſolicitudinem adſcribo zeli ardori, paternique amoris æſtui, quo erga cunctos Italiæ populos, & ſingulatim finitimos agebatur, meam ad Ferrerii ſententiam aggrego. „ Quia (ait enim) Mediola- „ nenſem Eccleſiam in Chriſti viſceribus ſingulariter „ diligebat.“

Ne eum abſque miſſione in alienam juriſdictionem introducam, aſſero ab eodem, ut Epiſcopo, in finitimis Urbibus, ſuæ Diœceſi ſubiectis, ab eo, ut Legato in cæteris Italiæ Populis ſolicitudinem ſuam adhibitam eſſe. Hæc mea ſententia innoteſcit in mea Diſſertatione ex verbis Benedicti Bacchini, pag. 78. exſcriptis: „ U- „ nuſque Romanus Epiſcopus ab Apoſtolorum institu- „ tione, vel per ſe, vel per a ſe deſignatos age- „ bat.“

„ Lepida profecto (ais) res eſt, velle (*b*) ex hac „ Epiſtola (ad ſuos), in qua Euſebius, ut Pater Fi- „ lios, omnes illos Populos alloquitur, inſtruit, in- „ format, & *jubendo docet*, inferre, Euſebium non „ fuiſſe Metropolitam.“ Fidem publicam turbas hiſce verbis *jubendo docet*. Exoro Lectores, ut epiſtolam, a D. Euſebio ad ſuos conſcriptam, ſemel & iterum volvant, & ſi ab omnibus vel unum verbum, juſſionem ſignificans, teperiatur, ad malam crucem me mittant. Euſebius in ea non jubet; ſed petit, & exo-

(a) *Novar. lib.* 2. *p.* 234. (b) *ibi pag.* 161.

exorat : „ Propter quod (*a*) ſatis vos peto, ut cum „ omni vigilantia cuſtodiatis fidem . . . . Iterum pe„ to, & vos per miſericordiam Dei rogo , ut unuſ„ quiſque in hæc Epiſtola ſalutationem ſuam nuncu„ pet . . . . “

„ Si ſcripſiſſet (urgebam) ad eos (Populos loco ci„ tato in Epiſtola relatos) ut Metropolita , miſſam „ non feciſſet Plebem Mediolanenſem , quæ amplitu„ dine , & præſtantia ſuper omnes laudatos Populos „ eminebat . “ Solemne Metropolitæ habent , literas, quibus de fidei negotio agitur , prout ratio exigit , ad univerſos ſubjectos mittere . Hoc patet ex Epiſtola D. Ambroſii, vere Metropolitæ, ad Epiſcopos per Æmiliam conſtitutos conſcripta, in qua eos de Celebritate Paſchali inſtruit, cujus initium eſt. „ Dominis Fratri„ bus dilectiſſimis Epiſcopis , per Æmiliam conſtitu„ tis Ambroſius Epiſcopus.“ Ex Epiſtola ſingulariter , non univerſim, ad Eccleſiam Mediolanenſem miſſa , jus D. Euſebii Metropoliticum deduci non poteſt , ſicut ex Epiſtola ad ſuos ſcripta : nam ut Parer ad Filios, (ut ex ea liquet) non ut Metropolita ad ſubjectos ſcribit.

D. Euſebius, qui zeli ardore actus , ſine mora viſitabat (*b*) circumquaque Eccleſias Catholicas , mittendo illis Epiſtolas ſuas ; Orientales Eccleſias , ut Legatus , luſtravit, & in finitimis Urbibus alias quæ ad Diœceſim ſuam ſpectabant , ingentem ſolicitudinem adhibuit ; Mediolanum advolaſſet ante Legationem, a Clero , Populo , & Vicario ad eum, ab exilio reducem , miſſam ; ſi Metropolita fuiſſet . Ex ejus acceſſu , poſt Legationem peracto , viſitatio Mediolani facta , & muneris Metropolitici exercitium non effulgent . Inquiſivit Mediolanenſium in fide conſtantiam , ſicut ipſe eos olim docuerat . aliud nec edictum, nec actum fuit.

(a) *Bar. tom. III. ad annum* 356. *pag.* 653. (b) *Fr.* *I. Differt. p.* 256.

IN PROPOSITIONEM III.

„ Jus Metropoliticum D. Euſebii colligitur ex Ser-
„ mone XV. D. Ambroſii de S. Euſebio:

ANIMADVERSIO III.

Scimus, & hanc veniam petimuſque damuſque viciſſim.

FAteor in textu „ eoſdem Monachos inſtituit, quos „ Clericos “ inconſulto vel de manu Amanuenſis, vel mea verbum *haberet* cecidiſſe. Occaſionem, ut opinor, præſtitit alius textus, a me allatus, & in III. lectione II. nocturni Officii Euſebiani extans. „ In Sancta itidem Eccleſia Vercellenſi eoſdem Monachos inſtituit, „ quos Clericos habeter. “ Quid tum denique? Hoc verbum *haberet* meam cauſam ſuſtinet, ac auget? Nequaquam. Addito hoc verbo *haberet* Fileppi argumentum corruit? Nequaquam. In priſtino ſtatu conſtitit. Nam hoc verbum *haberet*, ibi locatum, non ſignificat poſſidere, tenere, ſed ſignificat æſtimare, judicare, reputare, intelligere. Cicero (*a*) dixit: „ ut Deos æternos & beatos haberemus (ideſt ut æternos & beatos.)“ Idem ait: „ qui (*b*) ſemper apud omnes ſancti ſunt „ habiti “ (ideſt ut ſancti.) Ut verbum *haberet* poſſeſſionem ſignificet, hæc præpoſitio effotmari debet: Eoſdem Monachos inſtituir, quos haberet. In hac propoſitione „ Eoſdem Monachos inſtituit, quos Clericos „ haberet, “ verbum *haberet* non cadit ſuper verbum *quos* (ideſt Monachos) ſed ſuper verbum *Clericos*, & ſignificat: quos, ut Clericos, haberet. Mea aſſertio non ſupra hoc verbum *haberet*, ſed ſupra inſtitutionem Monachorum, Vercellis a D. Euſebio factam, fundatur.

Ex iſto textu Oratoris: „ in hac Sancta Eccleſia eoſ- „ dem Monachos inſtituit, quos Clericos: “ eruitur, ab eodem hanc orationem Vercellis habitam fuiſſe.

„ Illud (inquis) illud. ſcilicet inſtitutum Canonicale „ in Eccleſiam Mediolanenſem illatum eſſe ab ipſomet D. „ Eu-

(a) 2. *de nat. Deorum*. (b) *pro Arch.*

Google

„ Euſebio, quum hujus Civitatis mores reformaret, „ credibiliſſimum. “ Certiſſimum eſſe ipſum in Eccleſia Vercellenſi Monachos inſtituiſſe, quos Clericos. Vir prudens, rationis vi compulſus, certiſſimam ſententiam, relicta probabili, immo probabiliſſima, amplecti debet: illa enim veritatem, hæc veriſimilitudinem affert, & certitudo opinionem præcedit, & vincit. Igitur quum ſit certiſſimum, D. Euſebium Vercellis Monachatus, & Clericatus conjunctionem inſtituiſſe, & quum probabile ſit, ab eo in Eccleſiam Mediolanenſem hocce inſtitutum illatum fuiſſe; illum textum de Sancta Eccleſia Vercellenſi intelligere debemus.

Ut de S. Auguſtino, ibi relato, dicam, Caroli Epiſcopi Novarienſis hæc verba affero · „ Fatendum eſt, „ & ipſum S. Auguſtinum, ejus (Euſebii) diſciplinæ „ ſanctiſſimum, præcipuumque cultorem (a) una cum „ Evangelio in hac Regione (non dicit Mediolani) „ eam didiciſſe. “

Deinde quamvis dici poſſit, D. Dominicum Vercellis Ordinis inſtituta dediſſe; quia ibi ejuſdem inſtituta ſacra Familia floret, non poteſt dici eum Vercellis Ordinem inſtituiſſe; quia ibi Ordo floret. Similiter quamvis ex hypotheſi D. Euſebius in Mediolanenſem Eccleſiam præfatum Inſtitutum intuliſſet, & quamvis eo tempore ibi illud floruiſſet, non poteſt dici, eum illud Mediolani inſtituiſſe. Inſtituere enim non eſt idem, ac inferre, dare, ſed incipere, parare, facere, uti hæc D. Euſebii inſtitutio ita intelligenda eſt.

Silentio involvis id, in mea Diſſertatione allatum, quo poſito tua opinio funditus ruit. Nego, & pernego præfatum ſermonem eſſe D. Ambroſii verum, & legitimum fœtum. Eruditiſſimi ſcriptores Benedictini Congregationis S. Mauri hunc una cum plurimis rejecerunt in appendicem Operum laudati Doctoris; quum cum aliqua veri ſpecie D. Ambroſio tribui non poſſit.

Quod prædictum verbum *haberet* in illum textum caſu, latenter, inconſulto irrepſerit, debeo meæ fronti ruborem affundere, hominum conſpectu evolare, ut ab illuſionibus me ſubducam. Illud verbum *haberet* Au-

(a) *Novar. l. 1. p.* 242.

ctoris mentem perverſe non deflectit, & textus ſenſum non adulerat; immo complet, & explicat, & ibi ſubauditur. Eccleſia Vercellenſis, quæ in lectionibus Officii Euſebiani de verbo ad verbum ſermonis partem poſuit, textum affert, „ Eoſdem Monachos inſtituit, quos „ Clericos, “ addit hunc terminum *haberet*. Si dicatur, in præfatis lectionibus hunc textum Eccleſiæ Vercellenſi applicari, repono, hanc Eccleſiam eſſe illam Eccleſiam, de qua Auctor agebat; ut ſuperius ſatius demonſtratur. Pleniorem indulgentiam meretur, & adipiſcatur ille, qui hoc carmen:

„ Euſebius Præſul primus, qui Martyr Alumnus:

vitiat, & hujuſce ſenſum obvium in obliquum torquet, transferens comma, inter verba *primus*, & *qui* ſitum, ad illud ſpatium, quod præcedit verbum *primus*, & efformans hunc tortum ſenſum hoc pacto:

„ Euſebius Præſul, primus qui Martyr....

Indulgentius agi debet cum illo, qui ſic exponit hæc verba D. Athanaſii: „ Paulinus Epiſcopus Trevirorum, „ quæ Galliarum Metropolis eſt: Lucifer Metropolitanus Sardiniæ: Euſebius Vercellis Civitate Italiæ: „ Dionyſius Mediolani, quod & ipſum eſt Italiæ Metropolis: “ dicens: „ En duas in Italia Metropoles, „ Vercellas nempe, & Mediolanum: quod & ipſum „ eſt Metropolis Italiæ; ſubaudi, ſicut Vercellæ. “ Quiſnam cenſeat hoc verbum *haberet* illi textui doloſe a me additum fuiſſe? codices enim Ambroſiani ubique ſe offerunt. Hinc abeamus.

IN

IN PROPOSITIONEM IV.

„ Ordinationes Epiſcoporum a D. Euſebio peractæ,
„ ejus Metropoliticam dignitatem mani-
„ feſtant ;

ANIMADVERSIO IV.

CL. Fileppe, tandem non intelligis textum Vitæ Mſ. hic allatum, in quo vicinarum Civitatum ordinationes, recte a D. Euſebio peractæ, referuntur : non intelligis, inquio, de Ordinationibus Epiſcoporum, a D. Euſebio peractis ; ſed de rectis ordinationibus, ab ipſomet conſilio, instructione in Urbes inductis. At ſubdis „ D. Euſebium edictis .... Civitates inſtituiſſe. “ Hoc negamus.

Afferantur edicta, quibus D. Euſebius Urbium Ordinationes peregit. His allatis, ipſius jus Metropoliticum ſuſtinebimus. Negamus jactatum omnium conſenſum, quo D. Dionyſii ordinatio, a D. Euſebio peracta, aſſeritur. Verum eſt, Patres, & Concilia, quoties de ordinationibus, ab Epiſcopis peragendis, ſermonem inſtituunt, de ſacris Ordinationibus agere; quia de Epiſcoporum ordinationibus loquuntur. Verum MS. laudatum protulit ordinationes Civitatum, non Epiſcoporum, ſapienter ab ipſomet Euſebio peractas. Pater de ordinatione peracta inſtructionibus, monitis, epiſtolis ad Epiſcopos miſſis, ibi ſermonem haberi. Id demonſtrant hæc verba : „ & eam Catholica fide ſapienter regebat :
„ & non ſolum ſuæ Civitatis curam gerebat, fidem re-
„ ctam ei prædicans, vetum etiam ſapienter vicinarum
„ Civitatum Ordinationes rectas in Epiſcopis peragens,
„ Civitatibus fidem omnibus tribuebat. “ Ibi agitur de ſapientia, & prædicatione, quibus catholica fide Vercellas informavit, & de vicinarum Civitatum ordinationibus, ſapienter peractis, quibus fidem omnibus tribuit. Sicut eam (ſuam Civitatem) Catholica fide *ſapienter* regebat ; ſic *ſapienter* vicinarum Civitatum Ordi- tiones rectas (dogmate) in Epiſcopis, aut eloquio,

aut

aut ſcripto inſtructis, peragens, Civitatibus fidem omnibus tribuebat. Agitur ſemper de fide augenda, & de ſapientia, quo hic finis obtinebatur.

Neque ejuſdem textus verba ſequentia adſcribunt hæc opera Metropoliticæ dignitati Euſebianæ: „ tunc enim „ rite (hæc ſunt) ſub tanto Paſtore ſua Civitas Pri„ matum tenebat, qua ſe, & alias circum circa vici„ nas Urbes verbo ſalutis, & unitatis fide paſcebat. “ Si Vercellarum Civitas Primatum Metropoliticum ſub tanto Paſtore tenebat, cur alias circum circa vicinas Urbes tantum paſcebat? Cur textus alias remotas Italiæ Urbes tacitas prætermittit? Solicitudo muneris Metropolitici æqualiter proximas, & remotiores Urbes attingit. Si hic Primatus Metropoliticus poſtea Eccleſiæ Mediolanenſi tributus fuit (ut ais), Liguriam, Æmiliam, Alpes Rætias, Venetiaſque comprehendere debebat; ſicuti tempore D. Ambroſii ad has omnes Italiæ regiones ſe porrigebat, & D. Ambroſius omnium Eccleſiarum curam gerebat, & ubique Italiæ poteſtatem ſuam exercuit, firmavitque. Quo conſtat Primatum Vercellarum præſatum attigiſſe quaſdam Urbes circum circa vicinas, quæ tanto Paſtori ſubjectæ erant, & ab eo verbo ſalutis, & unitatis fide paſtæ.

Tandem aliquando in me modeſtiæ laudem conſers, aſſerens: „ De cætero non audet negare, D. Dionyſium „ ab Euſebio ordinatum eſſe. “ Legatur mea Diſſertatio pag. 83. ubi habetur: „ De ordinatione D. Dionyſii, a „ D. Euſebio confecta, poſſumus arbitrari eadem pari „ fide, qua ejectionem Auxentii, ab eo factam, exci„ pimus. “ Negavi Auxentium a D. Euſebio ejectum fuiſſe. Hic dicebam: „ Poſita Epiſcopali D. Dionyſii Or„ dinatione, a D. Euſebio peracta.... quid roboris cau„ ſæ ſuæ advenit? “ Quis non intelligit, me ex hypotheſi loqui. *Hoc poſito* idem eſt *hoc ſuppoſito*. „ Hoc au„ tem (ait Cicero) poſito atque conceſſo (*a*) eſſe quan„ dam vim divinam. “ Suppoſita D. Dionyſii Ordinatione, a D. Euſebio confecta, quum nullum verum Monumentum proditur, quo jus Metropoliticum apud D. Eu-

(a) *I. Div. c.* 52.

Euſebium extitiſſe probetur, infero hanc vi delegationis Pontificiæ factam eſſe.

Scimus, & omnes norunt, D. Ambroſium poteſtate Metropolitica præditum fuiſſe: id innumera, & validiſſima documenta adprobant, idque concedis. Non indiguit delegatione Pontificia ad initiandos Antiſtites ille, qui poteſtate ordinaria pollebat. Certo certius eſt, ab eo Concilium Provinciale Aquilejenſe coactum, Inſtructiones, ex auctoritate Epiſcopis Æmiliæ preſtitas, ordinationes Epiſcoporum Æmiliæ factas fuiſſe. Adferatur vel unum vetuſtiſſimum, & firmum monumentum, ex quo innoteſcat, a D. Euſebio hæc effecta fuiſſe? Hoc deficiente, æquum eſt, D. Dionyſii Ordinationem, a D. Euſebio (ex hypotheſi loquor) factam, Delegationi Pontificiæ adſcribere. Quando Bachinus, aſſerens omnia Pontificis Romani nutu in Occidentali Eccleſia Synodi Nicenæ tempore facta fuiſſe, de illo tempore non præciſe, ſed circiter intelligendus eſt. Firmiter aſſerimus, D. Ambroſium, ut Metropolitam, Epiſcopos ordinaſſe; quod plurima documenta eum Metropolitam comprobant. D. Dionyſii Ordinationem ſuppoſitam, a D. Euſebio effectam, ei tanquam Legato attribuimus; quod nullo documento eidem hocce jus confirmatut.

Verus, & legitimus Urbium Primatus, tum ſacrus, tum profanus poteſtate conſtituitur. Primatus Vercellarum, de quo in vita MS. agitur, non poteſtate Metropolitica, ſed Epiſcopali, qua tantus Paſtor Vercellas, & alias *circum circa* vicinas Urbes regebat. Auctor ſe ſe explicat," Primatus cauſam exhibens his verbis. „ Sub „ tanto Paſtore (Vercellis) ſe & alias circum circa „ vicinas Urbes *verbo ſalutis*, *& unitat*[is] fide paſce„ bat. " Vercellis Primatum ſupra alias Urbes tenebat; quod D. Euſebius verbo ſalutis, & unitatis fide eas paſcebat. Ex his verbis nullum jus Metropoliticum conſtat. Sub tanto Paſtore ſumma exiſtimatione, apud cæteras Italiæ Urbes, non ad Vercellenſem Eccleſiam ſpectantes, valebat, quod D. Euſebius extiterit ineffabilium doctrinarum Magiſter, fidei inviĉtiſſimus propugnator, ordinis Canonicalis inſtitutor, ex quo ſummi viri, & ſtrenui aliarum Eccleſiarum Liguriæ Epiſcopi prodie-

nere. Hoc pacto tunc Primatum Eccleſiæ Hipponenſi tribuere poſſumus ſub Auguſtino Eccleſiæ Doctore, Monachorum ac Clericorum Propagatore, & primo in Africa fidei defenſores.

Ut noveris, an ego Eccleſiæ Alexandrinæ, & D. Athanaſio dignitatem Primatialem abrogem, an non, te enixe rogo, ut meam Diſſertationem rurſus perlegas pagina 61. ubi ſeſe oculis offerunt hæc verba: „ Te „ monitum velim dignitatem Metropolitico-Eccleſiaſti- „ cam penes Urbes Metropoles Civiles olim ſitam fuiſſe. „ demta Alexandria .... cui Antiochia dignitate Civili „ præfuit. “

Poſita hac D. Athanaſii primatiali dignitate, nequeo in hanc propoſitionem erumpere: Athanaſius, & Euſebius .... unus in Oriente, alter in Occidente fidelium partes regebant? Tandem præfati MS. textus firmatur hoc textu: „ Eodem tempore Vercellis, Civitas Li- „ guriarum Primatum inter cæteras Urbes retinebat; „ quem poſtea Primatum Mediolanum obtinuit. “ Ad rem probandam argumentum certum, firmumque efferri debet. Uterque ex his .... textibus nullius ponderis, nullius fidei, nullius firmitatis eſt. Auctor ejuſmodi textus apud nos pollet eadem fide, qua D. Antoninus, & Rubeus florent. Aſſerunt, & nullum coævum, aut ſuppar firmiſſimum Monumentum adferunt. Producatur in lucem vel unum documentum perſpicuum, publicum, probatum, & antiquitatis Teſtimonium, a quo preſſi, ac convicti in tuas partes deſcendemus. Nulli factioni adhæremus, veritatis tantummodo ſtudioſi. Nobis minime inſidet pravum & infandum conſilium imminuendi, ac evertendi Vercellenſis Eccleſiæ gloriam, immortalitati conſecratam, quæ Æmulorum vi, & ſæculorum viciſſitudinibus nunquam excidet.

IN

IN PROPOSITIONEM V.

„ Jus ordinandi Epiſcopos agnovit in Eccleſia
„ Vercellenſi D. Ambroſius

ANIMADVERSIO V.

Jus ordinandi Epiſcopos aliarum Eccleſiarum, olim ab Eccleſia Vercellenſi habitum, non indicatur ex hiſce verbis Epiſtolæ ad Vercellenſes a D. Ambroſio, Denato Limenio, Epiſcopo Vercellenſi, ſcriptæ: „ Conficior dolore, quia Eccleſia Dei, quæ in vobis eſt, „ Sacerdotem adhuc non habet, ac ſola nunc ex omnibus Liguriæ, atque Æmiliæ, Venetiarumque, vel „ cæteris Italiæ finitimis partibus, hujuſmodi eget officio, quod ex ea aliæ ſibi petere ſolebant. “ Intelligenda eſt in hoc textu ſchola D. Euſebii, quæ in Eccleſia Vercellenſi admodum floruit, ex qua plures diſcipuli exierunt ad regendas Eccleſias. Quapropter D. Ambroſius æque dixit, alias Eccleſias petiiſſe munus Sacerdotale, ideſt Epiſcopum, quo Eccleſia Vercellenſis tunc caruit. Vir prudens debet rei certæ adhærere, ac dubiam incertamque rejicere, & textus in obvium, & naturalem ſenſum intelligere. Certo certius plures ex Diſcipulis D. Euſebii, excelſo Ordinis Canonicalis cœtui adſcriptis, a Populis electos, & petitos in Epiſcopos fuiſſe. Auctor Sermonis *Ad ſancti* .... quem eſſe D. Ambroſium cenſes, ſic aſſeruit de S. Euſebio: „ Plures e Diſcipulis Sacerdotii ſui hæredes reliquit. “ De Epiſcopatu D. Euſebii Vercellenſi ſermo habetur; nam tempore D. Ambroſii D. Limenius, & D. Honoratus ſoli cathedram Vercellenſem conſcenderunt; & aſſeritur, D. Euſebium plures e diſcipulis Sacerdotii ſui hæredes reliquiſſe. Neceſſe eſt, hæc verba ad perſonale Sacerdotium, ſeu Epiſcoparum referre. Ex quo liquet, plures e ſchola Euſebiana prodiiſſe, a Populis electos, & petitos, ad adminiſtrandas ſuas Eccleſias. Aliæ Eccleſiæ ſibi petere ſolebant officium Epiſcopale, ſeu Epiſcopum (Officii Epiſcopalis, ſeu Eccleſiæ inſtitu-

ò ad Antiſtites [illegible] (ut [illegible] placet) ſpecta-[illegible] ab Eccleſia [illegible], in qua ſchola Euſebiana diſcipulorum frequentia [illegible], & ſapientia florebat, & cœtus Canon[illegible] ſubſtitutus erat, qui potior Eccleſiæ pars [illegible].

Conſtat a Populo [illegible] ejuſdem canonicalis Collegii ubique terrarum celeberrim[illegible] in Epiſcopos ſelectos, ac vocatos fuiſſe. Solebant iidem ab Eccleſia Vercellenſi petere perſonas ſeu Epiſcopos, non eorum conſecrationem. Certum eſt, Eccleſias Mediolanenſium in Epiſcopum elegiſſe, & petiiſſe D. Dionyſium, Derthonenſem D. Exuperantium, alias alios ejuſdem cœtus Vercellenſis, inter quos Marcellinum adnumeras. De Euſebiana ſchola Vercellenſi, ſeu cœtu Monachorum, ac Clericorum Vercellis inſtituto, non de illis, a D. Martino in Galliis, a D. Auguſtino in Africa conſtitutis, ſermo habetur. Dare, & petere inter ſe relationem habent. Nec [illegible] eſt, ab hoc verbo *petere* ſemper conſecrationem ſignificari? Pontifices, & Concilia, & Canones ſæpius ſumunt hæc verba *dare*, & *petere* pro conſecratione Epiſcoporum con[illegible]a, & petita, dum de eadem ſermo habetur. E[illegible] quo inferendum eſt, à D. Ambroſio hoc verbum *petere* ad conſecrationem relatum fuiſſe?

Electio D. H[illegible] Vercellis eidem cœtui adſcripti, in Epiſcopum, a Populo Vercellenſi confecta, declarat D. Ambroſii mentem, dum loquitur de petitione, a Populo ad ejuſdem voluntatem facta, ideſt petitione diſcipulorum in ſuos Antiſtites.

IN

Digitized by Google

„ Dignitas Metropolitica D. [illegible] probatur aucto-
„ ritate ſcribentium Aux[illegible] Ar[illegible]num, Pſeudo-
„ Epiſcopum Mediolanenſem, ab eodem Euſebio exau-
„ ctoritatum.

ANIMADVERSIO VI.

DUM dico, ejectionem Auxentii ex Sede Mediolanenſi a D. Euſebio factam, ſuffecto Dionyſio, falſiſſimam omnibus patere, nemo non intelligit me de Viris, hac ætate florentibus, loquentem D. Antonini, & Mombritii enim opinionem ibi impugno.

Quid affertur Bonhomius, cujus fidem, & cujus famam, & auctoritatem penitus evertis? Ulterius iſte Scriptor antiquitate caret.

Hic meum Fautorem te præbes, meamque cauſam benigne, & fortior tueris, addens Gualvaneum flammam noſtrum Euſtorgianum. „ Contra (ait ille) Auxen-
„ tium B. Sylveſter miſit ſuum Legatum B. Euſebium
„ Vercellenſem, qui erat Vercellis. Hic promulgavit,
„ Auxentium Archiepiſcopum Mediolanenſem non eſſe;
„ quia Claves Eccleſiæ extra Eccleſiam non ſunt, & i-
„ pſum depoſuit: cujus ſententiam Auxentius contem-
„ pſit, & tunc B. Euſebius cœpit exercere jura Archie-
„ piſcopalia (adnota) *ex vi legationis*. Ex quo alii
„ dixerunt, quod Archiepiſcopus erat Vercellis. Ad
„ quæ Puricellus ibid. Hiſce ſimilia (ait) videre pariter
„ licet in Archiepiſcoporum noſtrorum Catalogo MS.....
„ Et ſic etiam in altero pariter ejuſdem Baſilicæ Cata-
„ logo MS...... Tum dejectum igitur (concludit Pu-
„ ricellus) e Sede Auxentium, quum in ejus vicem con-
„ ſecratum Dionyſium, ego pariter fatebor ab Euſebio,
„ ſed ex Apoſtolicæ (adnota) *legationis auctoritate*,
„ quæ tunc temporis ab ipſo exerceretur; ſive deman-
„ data ipſi fuerit a S. Sylveſtro, ſive a Julio, ut proba-
„ bilius videtur, ac temporum rationi magis conſenta-
„ neum. Hæc Puricellus Scriptor eruditione Clariſſimus

„ Com-

„ .... Com[illegible]ures alii adduci poſſent ; ſed relati ſuffi-
„ ciant “

Obſecro te, at me cœtui eorum cooptes. „ Contra „ Auxentium (ait Flamma) B. Sylveſter miſit ſuum le- „ gatum B. Euſebium .... Tum dejectum igitur (ait „ Puricellus) e Sede Auxentium, quum in ejus vicem „ conſecratum Dionyſium, ego pariter fatebor ab Euſebio, „ ſed ex Apoſtolicę legationis auctoritate .... “ Quomodo, & ubi Euſebius fuit Metropolita? Tu meam ſententiam confirmas, qua Divi Dionyſii conſecrationem a Div. Euſebio confectam auctoritate ejuſdem, ut legati, non Metropolitæ, ex hypotheſi attribuebam.

Vehementer in me exardebas, dum hæc mea verba legebas. „ Quid obſtat, quin Pontifex Romanus ſpeciali „ delegatione ad peragendam D. Dionyſii conſecrationem „ Euſebium deſignare potuerit? “ Cenſebam eo temporis licet falſe, ſed jocoſe mecum agere. Nunc in meas partes deſcendis. Una litura mediam libri tui partem deles. *Et ipſum (Auxentium) depoſuit. Et tunc B. Euſebius cœpit exercere jura Epiſcopalia ex vi legationis.* Ergo D. Euſebii tempore & antea Eccleſia Vercellenſis jus Metropoliticum non obtinebat. Ecce magnum ædificium Solii Metropolitici Vercellenſis everſum. Ecce ordinationes D. Dionyſii, Marcellini, D. Exuperantii, a D. Euſebio poteſtate ordinaria effectæ evanuere. O Gualvanee, o Puricelle Clariſſimi, noſtram cauſam ad exitum deduxiſtis. „ Non ergo (ais) omnibus poteſt „ falſiſſimum eſſe, quod Auxentius a D. Euſebio eje- „ ctus fuerit. “ Utique (permittatur) a D. Euſebio, ut legato, nunquam ut Metropolita. Concilii, anno CCCLXVI. a Damaſo coacti, nil aliud ſupereſt niſi Epiſtola Synodica ad Epiſcopos Illiricianos. Quid inde? Scriptores coævi, ac ſuppares, qui Urſacii & Valentis damnationem, ab illo latam, memoriæ prodiderunt, de Auxentio, cum eiſdem adverſus Eccleſiam impie agente, & Valentiniani tutela tecto, ne verbum quidem ibidem factum fuiſſe, ſcripſerunt. Quis cenſeat Hiſtoricos, inter quos Langlet adnumeratur, Auxentii mentionem hac de re feciſſe, quando illo tempore vitam

non

non duxiſſet? „ Quum (*a*) Auxentius Arian... ait „ Norius) rem Catholicam vexaret, S. Damaſus Synodum contra eumdem celebravit, ac deinde Synodicam „ ad Illiricos Epiſcopos tranſmiſit, “ quam Sozomenus recitat (*b*). Quæro, an Conſilia contra mortuos habeantur? an is, qui inter vivos non agit, rem Catholicam vexare poſſit? Quis te certiorem fecit de anno nempe CCCLXVI. quo habita eſt Synodus, a qua Urſacius, & Valens damnati fuere? Ait Baronius: „ ante da„mnationem Auxentii, Romæ factam, duas tempore „ (*c*) ejuſdem Damaſi Synodos habitas fuiſſe; ab ipſo „ Athanaſio alteram in Ægypto, ex qua de damnato „ Auxentio Romam literas dedit ad Damaſum; Romæ „ alteram ab ipſo Damaſo, in qua dicti Arianæ hære„ſis Duces Urſacius, & Valens fuerunt condemnati. „ At quoniam quo potiſſimum anno Pontificatus Da„maſi hæc geſta fuerint, primo vel ſecundo, aut ter„tio, minime ſcitur, nec alia eorumdem Conciliorum acta extant, quæ doceant; hic de eis meminiſſe „ ſatis. “

Poſt Auxentii damnationem, tandem, urgente Athanaſio, a Damaſo factam, „ ipſe ſupervixit adhuc „ quinquennio, nec niſi morte valuit ab Eccleſia Me„diolanenſi depelli, favente illi Imperatore, erro„re decepto, exiſtimante ipſum calumniam (*d*) paſ„ſum. “

„ Invitis quoque Magiſtratibus (*e*) Auxentium deti„nuiſſe uſque ad obitum Sedem illam, ex eo explora„tum videri poteſt, quod Ambroſius, a Probo ad eam „ Provinciam adminiſtrandam miſſus, Mediolanique a„gens; licet, ut pius, Auxentium execraretur, pati „ tamen coactus eſt. Hoc enim anno CCCLXIX. Ani„cius Probus Prætorii Præfecturam accepit, ut ex Am„miano (*f*) atque Imperatorum reſcriptis (*g*) .... Pro„bus itaque .... eidem (Ambroſio) Inſubriam, Ligu-

G „ riam

(a) *Tom. I. diſſert. Hiſtor. de Synodo V.* (b) *Lib. IV. cap.* 23. (c) *Ad ann.* 369. *pag.* 222. (d) *Bar. ad ann.* 364. (e) *Ibid.* (f) *Lib.* 27. 28. (g) *l.* 5. *de Offic. rect. Provinc. Cod. Theod.*

„ riam & familiam .... tradidit gubernandas .... “ Hunc impium inter vivos egiſſe, nedum anno CCCLXVI. ſed etiam circiter annos CCCLXXIV. quo Ambroſius Cathedram Mediolanenſem aſcendit, hiſce verbis Hieronymus prodit. „ Poſt Auxentii ſeram mortem, Medio-„ lani Ambroſio Epiſcopo conſtituto, omnis ad rectam „ fidem Italia converſa eſt. “

A robore hujus textus te ſubducis, dicens eos, qui docent Auxentium ab Euſebio pulſum, ſuffecto Dionyſio, aſſerere, illum poſt Concilium Mediolanenſe iterum ſedem Epiſcopalem invaſiſſe. Quinam ſunt? uterſs hac phraſi *plerique omnes*, qui .... Quinam ſunt? Proferantur, ad numerentur *plerique omnes*.

„ De ordinatione D. Dionyſii, a D. Euſebio confe-„ cta (dixi) poſſumus arbitrari eadem pari fide, qua „ ejectionem ab eo factam excepimus; quia in utroque „ dicto apud nos pari auctoritate Scriptor (D. Anto-„ ninus) pollet. “ Oſtendebam eum in eadem pagina erroribus ſcatere, & proferebam Hieronymum, Scriptorem ſupparem, qui nos oppoſitum docet. Attuli pag. 97. judicium Cani, aſſerentis, „ eum non tam deditum „ ut res veras certaſque deſcriberet, quam ne nihil o-„ mnino præteriret, quod ſcriptum in ſchedulis quibuſ-„ libet reperiretur. D. Antoninus (addis) non eſt ſo-„ lus, qui id doceat; ſed eſt unus dumtaxat ex com-„ pluribus doctis, & fide dignis, qui magno numero id „ ipſum tradunt. “ Complures magnum numerum non efficiunt. Hi complures paucorum numero clauduntur. D. Antoninus, Flamma, Puricellus Mombritius ſunt, qui boni licet, ac minime fallaces Viri, judicii acritate & ſeveritate in rebus diſcernendis non plurimi valuerunt. De uno ſaltem ex tuis doctis & fide dignis Scriptoribus, ideſt de Gualvaneo Flamma, Clariſſimi Saxii judicium Tibi expono. „ Opus hoc (ad doctiſſimum „ Muratorium de opere ejuſdem, *Politia novella*, & „ Chronicon *majus* (Mediolani) inſcripto, ſic ſcribit) Opus hoc ....., pro ſummo eo, quo, Vir do-„ ctiſſime, in expendendis ad æquam lancem literariis „ mercibus judicio polles, minime dignum cenſuiſti, „ quod in Rerum Italicarum collectionem, emporium

„ dixe-

„ dixerim ſelectæ eruditionis, infe[illegible] , quum revera „ totquiſquiliis, ineptiis, ac commentis inſperſum un- „ dique ſit, ut illius editio nullum , ac modicum ad- „ modum plauſum cieret . . . . . . Ecce unum ex lau- „ datis Viris, qui aliorum agmen ducere dignus eſt. “ „ Neque (verba facis de ejectione Auxentii , a D. Eu- „ ſebio acta) ibi (in tua prima Diſſertatione) aliquid „ diximus , quo innuerimus velle nos alibi fuſo „ calamo hanc Hiſtoriam defendere . “ Scribes fuſo Calamo , hanc non defendes . Hanc impu- gnabis ne ? Animo pendens , nullo judicio lato hanc verſabis , ac neutram in partem te move- bis . Hic toto pectore eam ſuſtines ; & alibi dum fu- ſo Calamo ſcribis , eam , quaſi alienigenam , proſe- qui vis.

„ Scriptores non contemnendi teſtantur , olim inva- „ luiſſe opinionem , quod (ſubdis) Archiepiſcopatus „ fuerit Vercellis , eo quod Euſebius munia Metropoliti- „ ca peregerit . “ Scriptores non contemnendi teſtan- tur olim invaluiſſe opinionem de Papiſſa Joanna ; Ergo non eſt popularis , & inepta fabula ; Ergo vera eſt . „ Ex quo (ait Gualvaneus) alii dixerunt , quod Archie- „ piſcopatus erat Vercellis . “ Quare ? „ Contra Au- „ xentium (ſuperius ille aſſeruit) B. Sylveſter miſit „ ſuum legatum B. Euſebium . . . . . “ Præfatam opinio- nem de Joanna per ducentos circiter annos popularis ru- mor ſovit ; dehinc Marianus Scotus , Sigibertus , Mar- tinus Polonus, Antoninus , Platina literis mandavere. Sic alii dixerunt, Archiepiſcopatum Vercellis fuiſſe : in- de hic Sermo evulgatus eſt, paullatim increbuit, in no- viſſimas ætates pervaſit , adeout unus ex prædictis bonis Viris eum ſcripto conſignaverit. Ex quo alii eum male ſic partum acceperunt, foverunt, & eadem facilitate & ipſi literis tradiderunt. Ea res negari non poteſt, quæ a Scri- ptoribus gravibus , ſeveris , acribus , & ejuſdem con- temporaneis, vel propinquis evulgatur.

„ Reliquum (addis) eſt, num D. Euſebius munere „ Metropolitico defunctus ſit vi delegationis Pontificiæ, „ an vero ordinario. “

Cur dubitas ? Cur de hoc inquiris ? [illegible] oſtra memo-

ria exciderunt hæc verba a Flamma, & Puricello exarata: *ex vi legationis* : *ex Apoſtolicæ legationis* auctoritate. Id dicunt Gualvaneus Flamma Celebris, (ut ais) Scriptor, & Puricellus Scriptor (ut ais) eruditione clariſſimus.

Nequis jus Metropoliticum ab eis accipere, & legationis Apoſtolicæ auctoritatem rejicere. Enormi injuria eos afficit is, qui partim eorum fidem colit, partim flocci pendit. Flamma & Puricellus D. Euſebio exercitium juris Archieriſcopalis adſerunt, poſita, & acceptata Apoſtolicæ legationis auctoritate. Si hæc conditio a nobis abjiciatur, de jure Metropolitico Vercellenſi penitus actum eſt. Sicut qui (ut ais) legationem adſtruit, eam poſitive probare debet; ſic per me, qui jus Metropoliticum Euſebianum ordinarie ac naturaliter adſtruit, id poſitive probare debet: & ſicut per alios nullus hujuſmodi legationem probat, ſed nec probare poteſt; ſic per alios nullus illud jus Metropoliticum probat, ſed nec probare poteſt. Nam nemo ex antiquis eſt, qui utriuſque meminerit: nec ulla vel levis conjectura adducitur, vel adduci poteſt, quæ unum, & alterum inferat. Itaque (tuis verbis uti opus eſt) utraque opinatio, quæ legationem & jus prædictum affirmat, eſt prorſus gratuita, & ad libitum excogitata, adeoque cum fabulis foras ejicienda.

Meum argumentum, quo probatur, rumorem juris Metropolitici Vercellenſis nulla veritatis ſpecie nixum invaluiſſe, appetis, non ſolvis. „ Exuli (dicebam)
„ Liberio Felix eſt ſuffectus. Antiſtitum plurium ſedes
„ (poſt Concilium) tenuere violenter alieni, apud
„ Conſtantium gratia valentes. Mediolani locum Dio-
„ nyſii Epiſcopi exturbati occupavit Auxentius ....Quidam
„ ſcripſerunt Euſebium, a Pontifice Romano miſſum,
„ Mediolanum petiiſſe; ubi Cæſare inſtructo de ingentibus
„ Chriſtianæ Religionis malis, invectis ab Auxentio, Dio-
„ nyſii vices inique agente, & annuente ipſomet Conſtan-
„ tio, e ſede Epiſcopali eumdem ejecit .... & Archie-
„ piſcopi munia eo temporis adimplevit. Hinc exor-
„ tus eſt eorum error, qui aliquando Vercellarum Ec-
„ cleſiam Metropolim putaverunt. Hic rumor nulla ve-
„ rita-

„ ritatis ſpecie nixus invaluit. Poſt Mediolanenſem
„ Synodum (rationem obſerva) enim Euſebius in exi-
„ lium abiit una cum Dionyſio, aliiſque Catholicis
„ Epiſcopis: neque ante obitum Conſtantii terras Ita-
„ licas ſalutavit, & Dionyſius exul vita ceſſit. " Quo-
modo Euſebius a Pontifice Romano miſſus, Mediola-
num petere, & annuente Conſtantio, Auxentium eji-
cere, & Archiepiſcopi munia eo tempore adimplere po-
tuit, ſi poſt Mediolanenſem Synodum in exilium abiit,
una cum Dionyſio, qui exul obiit, & ante obitum Con-
ſtantii huc non rediit? Ea propter rumor prædictus eſt,
cui nulla fides haberi debeat.

IN PROPOSITIONEM VII.

„ Dionyſius Epiſcopus Mediolanenſis qui in Concilio
„ Mediolanenſi, & Epiſcopi, qui in Ariminenſi la-
„ pſi fuerant, apud Euſebium, ut Judicem, cauſam
„ dicunt.

ANIMADVERSIO VII.

BOnis initiis his ſermonem adoriris, dicens: „ No-
„ ſter Diſſertator primum me, & Euſebium irri-
„ det. " Deus tibi bene vertat, & a me hoc omen
avertat. Te, Cl. Domine, veneratione proſequor, li-
cet de tuis ſententiis deceſſerim; mihi inſidet animus
accedendi ad tuum judicium, quoties tua eruditio tuas
opiniones in mentem meam altius inducat. Quomodo,
quando, cur irriſionibus meum Patrem D. Euſebium
appetii? Dic mihi: adnota locum: mea verba profer.
Deus te fortunet, nec Athonem jocis excepi, quærens
modum, Auctorem, & locum ex quibus is, dum anno
æræ vulgatæ CMLX. florerent, extraxerit D. Euſebii
jus dictum in Epiſcopos, in Conciliis Mediolanenſi ac
Ariminenſi lapſos, rem omni retro antiquitate ignora-
tam, & a præſtantiſſimis Viris, Hilario, Ambroſio, &
Hieronymo, eodem ſæculo ſupparibus, nunquam obſer-
vatam. Attuliſti ſolius (ais) Athonis teſtimonium
quod ea res ſit omnium Scriptorum, qui D. Euſebii

 vitam

tam conſcripſerunt, calamis trita. Unum oſtendas, facis mihi eſt: unius textum adferas, quo innoteſcat, præfatos Antiſtites apud Euſebium, ut Judicem, cauſam dixiſſe. De ſubſcriptione Dionyſii in Athanaſium meminerunt etiam Severus Sulpicius, & Lucifer Calaritanus.

„ Quid ad nos? Expreſſius D. Ambroſius, referens „ (ais) interdictum illud decretorium & auctoritativum ab Euſebio, poſt deletum Chirographum imperantis in modum pronunciatum: Neque me veſtris „ ſceleribus polluo, neque filium meum vobiſcum participare permitto. “ Pronuncio ſemel & iterum, Auctorem ſermonis, in quo hæc verba leguntur, non eſſe D. Ambroſium eruditorum judicio; verum hunc Scriptorem amplector; quod vetuſtiſſimus ſit. In allato textu D. Euſebius non pronunciat aliquod interdictum decretorium, ac auctoritativum in modum imperantis, ac Judicis: verum non permiſit, filium participare cum Arianis; quia Chirographum conſcidit, quod Dionyſius ſubſcripſit. Poſito D. Euſebio imperante (quod hic non claret) non auctoritas Judicis in ſubditum, ſed Patris in filium effulgeret ex his verbis: „ neque filium „ meum ..... “ Si Euſebius in Judicem ſeſe ageret, imperaret, & decerneret non tantum erga Dionyſium, verum etiam erga alios XXIX. Antiſtites; quia una cum Dionyſio ſcripturæ Chirographum in Athanaſium adjecerunt. Venia, Dionyſio, aliiſque Sociis delinquentibus, a D. Euſebio conceſſa, a veteribus Scriptoribus expreſſa non fuit; Ergo eſt commentum; Ergo rejicienda eſt. Baronius refert, alios Antiſtites delapſos cum Dionyſio fuiſſe numero XXIX. quia ex quodam monumento veteri id patet. Atho male ſe geſſit, dum expreſſit, ac jactavit illam veniam, quæ etiam ex tuis dictis expreſſa a Patribus, apud omnes in cunctis monumentis expreſſa non adinvenitur. Quiſque ſacrorum Evangeliſtarum omnia non deſcripſit; ſed unus protulit, quod alter omiſit. Cuncti Scriptores coævi, & ſuppares, expreſſe de prædicta venia ne verbum quidem fecerunt. Unde Atho hanc retro ignotam eruit? Ad recentiorum notitiam pervenere res, quæ antiquos la-

tuere

Google

tuere, quaſque Antiqui ſilentio prætermiſere. Nec omnia Chriſti geſta, teſte Johanne, memoriæ prodiderunt; Ergo ea nunquam conſcripta, aſſeri, ut vera, nequeunt; quod ignota nobis ſint. Epiſcopi, una cum Dionyſio lapſi, qui rejectis Cæſaris mandatis, calcatiſque Arianis impietatibus, in Euſebii partes deſcenderunt, veram pœnitentiam, nunquam veniam a D. Euſebio, ut Judice, obtentam in publicum ediderunt.

Ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam me provocas. Eamus. Nonnulli legationem Pancratii, Hilariique in dubium revocant. Quidni? Reclamantibus aliis omnibus, præcipue rei narratæ coævis, & ſupparibus teſtibus, quos brevitatis gratia prætermitto, longe major hac in re eſt habenda fides.,, Eos enim (inſtas) Hilarius appellat Clericos Romanos, " ſed a Liberio miſſos. ,, Lucifer Calaritanus Epiſcopus cum Pancratio, & Hilario, Romanæ Eccleſiæ Clericis (Hieronymus loquitur) ad Conſtantium (a) Imperatorem pro fide Legatus miſſus . . . . Quid autem paſſi ſint (Baronius ſcribit) alii duo Legati Romanæ Eccleſiæ Clerici, Pancratius Presbyter, & Hilarius (b), S. Athanaſius docet his verbis: Miſſis (c) enim a Liberio ad Cæſarem Pancratio Presbytero, & Hilario Diacono . . . . . Iſtæc omnia (Baronius inquit) antea (d) odorati Apoſtolicæ Sedis Legati Lucifer Epiſcopus, atque Collegæ. . . Euſebius (Hilarius ſubdit) . . . venire Mediolanum præcipitur, collecta jam illic malignantium Synagoga. Decem diebus ad Eccleſiam vetitus eſt. . . Soporatis (e) deinde conſiliis omnibus, ut libitum eſt, Euſebius advocatur. Adeſt una cum Romanis Clericis, & Lucifero, Sardiniæ Epiſcopo. " Erant vero hi Apoſtolicæ Sedis Legati. Eos tamen (ſubdis) vel tunc nondum ad Concilium acceſſiſſe, vel certe fuiſſe in vinculis detentos juſſu Imperatoris, non eſt res adeo incomperta. Adfuere hi ex Athanaſii teſtimonio una cum Euſebio, & eorum Mediolanum acceſſum, ibique moram, eorum terga flagellis immaniter cæſa, & in vinculis eorum detentio probant.

G 4 De-

(a) *de Script. Eccleſiaſt. in Lucif.* (b) *ad annum* 355. (c) *ad ſolitar.* (d) *ibid.* (e) *ad Conſtant.*

Deinum concedi eos Legatus, accedente Mediolanum, & intercedente Euſebio, e carcere fuiſſe liberatos. Quid obſtitit, quin auctoritate Pontificia lapſis Epiſcopis veniam dederint?

Legati datis literis Euſebium rogarunt, ut Mediolanum peteret. Cur? non ad dandam lapſis veniam, ſed ad diſſolvendam judicii acritate Arianorum machinam. „ In adventu tuo (in his habetur) diſſoluta blaſphe-„ mantium Arianorum machina penitus deſtruetur. “ Ex quo patet, eos Mediolanum ante S. Euſebii adventum iniiſſe, licet poſt Dionyſii, aliorumque lapſum; igitur veniam lapſis ex vi legationis concedere potuerunt. In Epiſcopos, in Synodo Ariminenſi lapſos, pariter D. Euſebius judicium non tulit. Hieronymus loco citato contra Luciferianos de recipiendis lapſis, præcipue Epiſcopis diſceptat. Quamvis hocce negotium apud Judicem agi debeat, S. Doctor D. Euſebium, & ullum, ut Judicem Antiſtitum, in Concilio Ariminenſi deceptorum, nec adnotat, nec prodit. Vidi, tibi indulgens, Baronium (a) ad annum CCCLXII., ubi producitur Ruffinus dicens his verbis: „ Euſebius (b) „ vero circumiens Orientem atque Italiam, Medici „ pariter, & Sacerdotis fungebatur officio: ſingulas „ quaſque Eccleſias . . . . . ad ſanitatem rectæ Fidei „ revocabat. “ Munus Medici a munere Judicis longe differt. Hilarius pari æſtu idem Fidei negotium Italiæ geſſit; Ergo apud Italiam jus Metropoliticum exercuit. Nequaquam. Ex quo Dignitas Metropolitica D. Euſebii erui non poteſt. Si aliquod judicium ab ipſo actum produceretur, Judex innoteſceret, non tanquam Metropolita, ſed tanquam Legatus.

Adferamus integrum textum D. Hieronymi: „ Om-„ nes Epiſcopi, qui de propriis ſedibus fuerant exter-„ minati, per indulgentiam novi Principis ad Eccleſias „ redeunt. Tunc Triumphatorem ſuum Ægyptus: tunc „ Hilarium, de prælio revertentem, Galliarum Eccleſia „ complexa eſt: tunc in reditu Euſebii lugubres veſtes „ Italia mutavit. Concurrebant Epiſcopi, qui Arimi-„ nenſibus dolis irretiti, ſine conſcientia hæretici fere-„ ban-

(a) *Tom. IV. pag.* 92. (b) *lib. I. cap.* 30. 31.

„ bantur, conteſtantes Corpus Domini , & quidquid in
„ Eccleſia ſanctum eſt, ſe nihil mali in ſua fide ſuſpica-
„ tos : Putavimus , ajebant , ſenſum congruere cum
„ verbis ... “ „ Supprimo , ac reticeo illam textus par-
„ tem , ex qua liquet (ais) veritas noſtræ doctrinæ ? “
Fateor in hoc textu, Euſebii , ut Judicis , munus mihi elucere eo modo, quo oculis meis res ſeſe offerunt & enitent, quum jam color unus rebus non ineſt , tenebriſque omnia teguntur . Menti meæ ſubjiciuntur reditus ſtrenuorum virorum, Triumphum Athanaſii, ab Ægypto excepti , lætitia Italiæ Galliarumque , amplexu Euſebii , & Hilarii effuſa , & nihil aliud . Epiſcopi , alienis dolis decepti , & conteſtantes , ſe nihil mali in ſua fide ſuſpicatos , nec criminis obnoxii , nec revicti , Judice , veniaque non indigent. Nihilominus Antiſtites reduces inierunt, ut tuerentur ſuam famam, quam acta Concilii obſcuravere ; quod „ Ariminenſibus dolis irretiti, ſine
„ conſcientia (patet hujus textus intelligentia) hæretici
„ ferebantur. “ Non concurrebant illi Antiſtites , impii, & pertinaces fraudum, ac ſtropharum molitores , qui pœnitentia, venia , communione , & Judicum auctoritate, & Eccleſiæ pietate egebant. Hilarius, Legati auctoritate firmatus , ut ajebas , (a) in Galliis Epiſcopis , qui rejectis Ariminenſis Synodi impietatibus emerſerunt aliquando , & ad bonam frugem ſe receperunt , veniam dedit. De D. Euſebio nullus Scriptor coævus & ſuppar, ut Severus, circa hanc rem , Italiæ ab eo confectam, ne unum verbum fecit. Iidem Epiſcopi decepti non tantum Euſebium, ſed etiam omnes Antiſtites reduces convenere ; nam Hieronymus, poſtquam dixerit : „ Omnes Epiſcopi , qui de propriis ſedibus
„ fuerant exterminati. . . . . ad Eccleſias redierunt :
„ Tunc Triumphatorem . . . . . ſubdit . “ Concurrebant Epiſcopi . . . . non ſpeciatim eorum acceſſum ad DD. Athanaſium, Hilarium, & Euſebium referens; ſed univerſim ad omnes Epiſcopos, de quibus prius locutus eſt . Quod patet ex ſermone, ab elapſis inſtituto, quo de ſubſcriptione, Dogmati Ariano adjecta, purgationem fecere . Nam apud omnes Epiſcopos ſine Conſcientia Hæ-

(a) *ibid. pag.* 158.

Hæretici, non excuſſa, & incomperta re, ferebantur. Jure hanc conſecutionem ducebam: Si in congreſſum venerint cum Euſebio, ut Judice, & Metropolita, ego inſero, omnes Epiſcopos reduces Dignitate Metropolitarum, ac judicum potitos fuiſſe.

IN PROPOSITIONEM VIII.

C PITIS II.

„ Acta Concili Mediolanenſis ſub Conſtantio nitidiſſi-
„ me Metropoliticam Dignitatem demonſtrant:

ANIMADVERSIO VIII.

Tuam putationem agere, & hanc propoſitionem cohoneſtare enixe contendis, ſcilicet: „ ſine „ quo (Euſebio, nihil (Concilium Generale Mediolanenſe) ſine quo nihil, utpote Metropolitano, jure „ agi poterat.“

Nunc actum agere nolo, repetens ea, quæ ex Sozomeno, Socrate, (a) & Ferrando producta, probant hoc Dogma, ſcilicet Concilia Univerſalia, abque Pontifice Romano, qui ratione Sedis ſuæ per ſe, aut per Legatos eis præeſt, legitima non cenſentur.

Concilia Nicænum, & Antiochenum prælationem Metropolitano in ſua Provincia tantummodo tribuunt; ut demonſtrant hæc primi verba: „ Firmitas eorum, „ quæ geruntur *per unamquamque* Provinciam, Metropolitano tribuatur Epiſcopo.“ Id innuunt ſimiliter hæc alterius verba: „ *Per ſingulas Regiones* Epiſcopos convenit „ noſſe, Metropolitanum Epiſcopum ſolicitudinem totius Provinciæ gerere. . . Unde placuit honore præcellere, & nihil amplius præter eum cæteros Epiſcopos agere ſecundum antiquam, a Patribus noſtris „ regulam conſtitutam . . . . . “ De Conciliis Sermo non habetur; & Metropolitæ Prælatio ad ſuam Provinciam, nunquam ad Synodos Generales, refertur. Qui hanc

(a) *Vide Jo. Doujat* *notion. Canonic. lib. II. cap. 1 pag. 101. edit. Balleon.*

hanc regulam in eaſdem inducit, ſenſum [illegible] cla-rumque præfatorum Canonum in adverſum, alienum, & obliquum deflectit, ac torquet, & Co[illegible]orum mentem adulterat.

„ Hanc regulam habere quoque locum in Conciliis „ Generalibus, convocatis auctoritate ſummi Pontificis, „ ſi aut nullus eſt, qui a Sede Apoſtolica legationem præ„ſidendi habet, aut is, qui hujuſmodi legatione præ„ditus eſt, neceſſario impedimento detinetur, ne præ„ſidere poſſit, nulli dubium eſſe poteſt ex regulis ſa„crorum Canonúm, quæ vetant Congregationes Ace„phalas . . . . Hos (Pancratium, & Hilarium) autem „ a Conſtantio fuiſſe in vincula, una cum Lucifero „ conjectos, & liberatos tunc tandem, quum Euſebius „ jam Mediolanum acceſſerat, tradunt Acta ejuſdem „ Concilii. “ Ergo ab initiis Synodi, nec Pancratius, & Hilarius, nec Euſebius eidem præſidebant, quia primi eo temporis vinculis addicti erant, quia alter Mediolanum nondum petierat. „Euſebius poſt acceſſum (Hi„larius addit) decem (a) diebus ad Eccleſiam (ubi „ Concilium celebrabatur) vetitus eſt. “ Ergo hoc tempore Concilio non præfuit. „ Soporatis deinde con„ſiliis omnibus, ut libitum eſt, (Euſebius) advocatur. „ Adeſt una cum Romanis Clericis (Pancratio & Hila„rio) & Lucifero Sardiniæ Epiſcopo. “ Ergo Pancratius, & Hilarius cum Lucifero, legatione Apoſtolica præditi, neceſſario impedimento non detinebantur, ne præſidere poſſent. Ergo præſederunt: Legati enim erant, & Legatorum jus eſt præſidere. Quomodo neceſſarius fuit Euſebii dicti Metropolitani interventus, qui ſua auctoritate Decreta firmaret; quum ibidem Legati præfuerunt? Quomodo Metropolitæ præſentia, & auctoritas neceſſariæ fuere; ne Concilium in apertam tyrannicam Synagogam malignantium evaderent; ſi Legati illic præſidebant, ad quorum prudentiam, ſolertiam, ac munus ſpectat, Decreta firmare, ac fidem tueri, ac Synodum ducere?

Quomodo in Concilio ſine Euſebio, utpote Metropolitano, nihil jure agi poterat? Qua ratione ductus,

Cl.

(a) *ad Conſtant.*

Cl. Fileppe, conſtanter aſſeris ibi : „ Neceſſe itaque „ habebat Conſtantius, ut nefariis ſuis, & Arianorum „ conatibus ſpecioſum quæreret colorem Metropolitanum „ accerſere, utpote ſine quo Metropolitano *in iis circum-* „ *ſtantiis*, nihil jure agi (Concilium) poterat. “ Concilium Œcumenicum, Summi Pontificis auctoritate convocatum, cui Legati Apoſtolici conſentientes præſunt, quidquid, ad Fidem ſpectans, in omnibus circumſtantiis jure agi poteſt. Hoc eſt Dogma Catholicum; atqui hoc Concilium Mediolanenſe Generale auctoritate Liberii Pontificis Maximi coitum, tercentum ex Occidente Epiſcoporum, etſi ex Oriente paucorum Congregatione habitum eſt, cui Legati Apoſtolici aderant, & præſidebant; Ergo hoc Concilium ſine Euſebio, utpote dicto Metropolitano, in iis circumſtantiis, jure quidquid, ad fidem ſpectans, agi poterat. Si alius præter Te, Virum ſumme Catholicum, hanc propoſitionem, de qua agitur, effuſe protuliſſet, in ſuſpicionem de fide apud me caderet. Magnis erroribus animum meum concutiunt Hæretici recentiores, qui aſſerunt in Conciliis Generalibus antiquis præfuiſſe vel Imperatorem, vel ejus Legatos, vel antiquiorem Patriarcham, aut Epiſcopum ejus loci, ubi Concilium fiebat. Ita docent Magdeburgenſes centur. IV. cap. VII. col. 536. Calvinus libro IV. Inſtitut. cap. VII. §. 1. & 2. Carolus Molinæus in Conſilio de Concilio Tridentino non recipiendo §. 4. ubi ait, Legatos Pontificis poſt omnes Epiſcopos in Conciliis ſemper ſediſſe, quum in nullo Concilio inveniatur ultimo loco ſediſſe. Hermanus Hamelmannus lib. III. Prolegom. cap. VIII. & Brentius in Prolegom. (a) contra Petrum a Soto.

Convocato enim Concilio, quum Euſebius intereſſe renueret . . . . „ tam a Concilio (ajebas) quam ab „ ipſo Conſtantio ſolicitatur, ut interſit. “ Si Euſebii, utpote Metropolitæ, acceſſus, præſentia, ac auctoritas neceſſaria fuiſſet, ut Synodus jure ageret, quare Euſebius ſtatim Mediolanum non iniit? Quare intereſſe conſtanter renuit is, qui munus ſuum acriter & in-

(a) *apud Bellar. Tom. II. pag. 75.*

indefeſſe adimplebat, ac totis viribus Fidei negotia ad exitum fauſte deducebat? Dum ipſe Vercellis agebat, Mediolanum obire renuens, Concilium convocatum erat. Quiſnam hac convocatione eidem initia poſuit? Non Euſebius, qui longe agebat, & Concilium petere renuebat. Quiſnam? Legati Pontificum illud indixere. Igitur Euſebius omnia Primus omnium in eodem non conficiebat. Igitur Pancratius & Hilarius erant Legati primi generis, præſidendi, indicendi, & Patrum agmen ducendi auctoritate muniti.

Conceſſa Legatorum præfatorum libertate, ut Concilio intereſſent „ hoc pariter caſu, nihil (addis) jure a„ gi poterat præter conſcientiam Euſebii, utpote Me„ tropolitani. “ Huc illucque me trahis. Modo prodis Euſebii auctoritatem, qua ipſe Concilii Decreta firmare debebat: modo in medium ponis Conſcientiam, ſcilicet, ut cenſeo, notitiam Euſebii, utpote Metropolitani, præter quam Concilium nihil (ais) jure agi poterat. Omnes Epiſcopi in Synodo congregati, habent jus ſciendi omnia, quæ agitantur, ac aguntur, quia illi, ut Judices, ſedent, definiunt, hac utentes formula: „ Ego „ Epiſcopus definiens ſubſcripſi. “

Quæro a Te, an Concilia, quibus Legati Pontificii interfuere, quin aliquis eorum præfuerit, ſunt Generalia, an non? Si aſſeris, non eſſe Generalia, longe a quæſtione abis; Nam Concilium Mediolanenſe fuit Generale. Si aſſeris, illa Concilia fuiſſe Generalia, a Dogmate Catholicorum longiſſime excedis. Adverſus Hæreticos Catholici omnes id eſſe maximi Pontificis proprium munus, & jus docent; ut per ſe, vel per Legatos Conciliis hujuſmodi præſideat, & tanquam ſupremus Judex cuncta regat & moderetur. Sicut Epiſcopus Diœceſanam Synodum indicit; quod Diœceſi præſit: Metropoliticus Provincialem; quod Provinciæ præſit: Primas, vel Patriarcha Nationalem; quod Nationi præſit: ſic Summus Pontifex Generalem; quod toti Orbi præſit; & ſicut illi propriæ Synodo præſident, ſic hic propriæ præſidet. Si vellem addere ſeriem omnium Generalium Conciliorum, in quibus ſine controverſia Pontifex Romanus vel per ſe, vel per Legatos (excepto Conſtantinopolitano II.)

præ-

præſedit, clariſſime pateret ex continua Eccleſiæ conſuetudine, [illegible] munus in Synodis Generalibus præſidendi ad [illegible] Maximum attinere, & in omnibus actual[illegible] præſidentia vel per ſe, vel per ſuos Legatos [illegible].

Concili[illegible] Conſtantinopolitano II. præſedit non Mennas (ut falſ[illegible] docet), Concilium enim a Menna coactum, [illegible]enerale, ſed particulare fuit, ut fuſe Bell[illegible]minus [illegible] demonſtrat. Eidem præfuit Eutychius, Menn[illegible] Succeſſor, a quo cognita fuit præſidentia Pontifici Romano debita, ſi ille Synodo intereſſe voluiſſet. „ Petimus (Eutychius Patriarcha inquit) præ„ ſidente nobis veſtra beatitudine (Vigilio) de tribus „ Capitulis quæri & conferri : “ Quum huic Synodo Vigilius nec per ſe, nec per ſuos deſignatos Legatos præfuerit, quæris rationem, qua hæc Œcumenica dici poſſit? Inter Œcumenicas merito adnumeratur, quod a Vigilio, a Pelagio, a D. Gregorio Magno, ac Succeſſoribus adprobata, atque univerſali Eccleſiæ conſenſu recepta, ac confirmata fuerit.

Concilium Arelatenſe primum fuit Particulare, non Generale; quod illud in cauſa Cæciliani a Conſtantino Magno Auguſto, in Galliis tunc agente, convocatum fuerit occaſione Donatiſtarum, de Synodo Romana ſub Melchiade habita conquerentium, & ab eo ad Cæſarem appellantium; eo quod de Felice Aptungintano Epiſcopo, quem, ſicut Cæcilianum proditorem fuiſſe, & Cæcilianum ipſum ordinaſſe dicebant, nihil definitum.

„ Quod plura? Ubi (ais) Euſebius Mediolanum ac„ ceſſit, tunc tandem cum ipſo ad Concilium pariter „ convenerunt Pancratius, Hilarius, & Lucifer Sardi„ niæ Epiſcopus. Quis autem eorum Concilio præſedit? „ quis prima ſubſellia occupavit? quis tandem Concilii „ actiones direxit? Legatine? Nequaquam Euſebius is „ fuit ex clariſſimo teſtimonio S. Hilarii, a nobis in „ Diſſertatione noſtra allato. Euſebius is fuit, ut ibi „ dicimus, qui primus reſpondit, & pro omnibus reſpon„ dit: totam Concilii actionem direxit.....

Hoc Concilium fuit Generale; quod concedis, & negare

(a) *tom. 2. de Con.*

gare nequis; quia a Liberio e[illegible] fuit, & omnium Epiſcoporum convocatione, [illegible] ex Latinis tercentum, quamvis ex Græcis paucorum, congregatione habitum.

Euſebius non erat Legatus Apoſtolicus, nam Lucifer, Pancratius, & Hilarius delegationem Pontificiam habebant. Legati (ais) Concilio non præſederunt: „ Quis „ autem eorum Concilio præſedit? Legati ne? Nequa„ quam. Euſebius is fuit.... " Euſebius Concilio præſedit, tanquam Metropolita. Hæc propoſitio non bene ſapere videtur. Prædicti Hæretici dicunt in Generalibus Synodis præſediſſe vel antiquiorem Patriarcharum, aut Epiſcopum illius loci, ubi Concilium celebratur. Huic Concilio Legati Pontificii interfuerunt. Legati præfati poteſtatem præſidendi habuere, tum quia nullum alium Legatum primi, ut ais, generis, præſidendi facultate Apoſtolica potitum, ad hoc Concilium Liberius miſit; tum quia omnibus Conciliis Generalibus, quibus Pontifex Romanus præeſſe jure debet, Legati, Apoſtolica auctoritate freti, ſemper præſederunt. Ne redeat ſermo de Synodis Conſtantinopolitano, a Menna Patriarcha celebrato, cui ille præfuit, ac Arelatenſi Primo, cui Marinus præſedit; aſſero ſemel ac iterum eadem fuiſſe particularia, non Generalia. Ea propter opus non erat, Pontificem Romanum per ſe, aut per Legatos iiſdem præſediſſe. Hilarius aſſerit loco a Te allato, Euſebium expoſitam fidem apud Nicænam Synodum poſuiſſe in medium, ſpondens omnia, quæ poſtularent (Ariani) ſe eſſe facturum, ſi pro fidei profeſſione ſcripſiſſent. Cur ſic egit? Ut Dionyſium ex ſubſcriptione, peracta inconſulto in Athanaſium, eriperet, & filium incolumem ſervaret. Ex ſequentibus verbis Hilarii mens effulget: „ Dionyſius Mediolanenſis Epiſcopus chartam *primus* ac„ cepit. " Ibi Hilarius non dicit, Euſebium Concilio præſidere, & ex præfato textu ejus præſidentia in eodem erui nequit. Quamvis Euſebius auctoritate Præſidis Synodum non rexerit, in eo fidei negotio curando primas tamen partes ei D. Ambroſius (*a*) attribuit; dum aſſerit: „ Ut Euſebius Sanctus prior levavit vexillum „ Confeſſionis. " „ Urgens (ajebam egomet) rei Ca-

„ tho-

(a) *Ep. ad Vercellenſ. LXVI.*

„ [illegible] Euſebii prudentiæ injunctum
„ [illegible] temporis, [illegible] fractis opibus (non ex fra-
„ ctis [illegible]) in ultimum diſcrimen
„ incumbebat, amiſſa dignitas, & extincta ſalutis ſpes
„ videbantur. “

„ Quis a[illegible] eorum Concilio præſedit? ..... Legati
„ (a) Legatine? Nequaquam. Euſebius is fuit, ...
„ qui primus reſpondit, & pro omnibus reſpondit. “
Heus. Legati tacuere? primi reſponſa non dedere.
„ Tanta (adnotat Natalis, qui auctoritate, & exiſti-
„ matione apud te floret) fuit Conſtantii Imperatoris
„ ea in (c) Synodo tyrannis, ut Epiſcopis Orthodo-
„ xis Urſacii, & Valentis accuſationem contra Atha-
„ naſium audiendam non eſſe conteſtantibus, eo quod
„ ipſi Palinodiam jam antea cecinissent, reſponderit:
„ *Ego ſum Athanaſii accuſator, meo nomine illis credite:*
„ *& Legatis Apoſtolicis dicentibus, ſe non poſſe in Atha-*
„ *naſium ſubſcribere, & cum Hereticis inire Communionem,*
„ repoſuerit.. *Quod ego volo, pro Canone ſit.* “ „ Ibi
„ enim (ait Athanaſius) cognita (d) Paulini, Luci-
„ feri (Legati) Euſebii, Dionyſii Epiſcoporum liberta-
„ te ..... Lucifer Calaritanus (e) Epiſcopus cum Pan-
„ cratio & Hilario Romanæ Eccleſiæ Clericis (ait Hie-
„ ronymus) ad Conſtantium Imperatorem a Liberio E-
„ piſcopo pro fide miſſus, cum nollet, ſub nomine A-
„ thanaſii Nicænam damnare fidem, Palæſtinam relega-
„ tus, miræ conſtantiæ .... contra Conſtantium ....
„ ſcribit librum, eique legendum miſit... Miſſis (inquit
„ Athanaſius) enim (f) a Liberio ad Cæſarem Pancra-
„ tio Presbytero, & Hilario Diacono: alterum eorum,
„ nempe Presbyterum, in exilium miſere: alterius vero
„ terga. .... flagellis conciderunt .... inter verbera ipſi
„ Diacono verbis inſultantes: Quare Liberio non reſti-
„ tiſti, ſed ejus litteras attuliſti? ... Percelebris (ſubdit
„ Baronius) quidem (g) (Conventus) ille erat, nem-
„ pe tantummodo Occidentalium abſque Orientalibus
„ tre-

(a) *Differt. Hiſt. crit. pag.* 91. (b) *ibid. pag.* 205.
(c) *Hiſt. Eccleſ. tom.* IV. *pag.* 44. (d) *Ep. ad ſolitar.*
(e) *De Script. Eccleſiaſt. in Lucif.* (f) *ad ſolitar.*
(g) *ad* [illegible] 355 *tom.* III. *pag.* 611.

Digitized by Google

„ trecentorum, & amplius Epiſcoporum; aderant „ quoque Apoſtolicæ Sedis Legati, a Liberio miſſi; „ adeout nihil minus iſta Synodus haberet ab ipſo „ Magno Nicæno Concilio . . . . " Ex hiſce omnibus, animo perpenſis, patet Luciferum, Pancratium, & Hilarium fuiſſe veros primi (ut ais) generis Legatos, ſumma præſidendi auctoritate præditos.

At Euſebius fidei Nicænæ profeſſioni ante omnes Patres ſubſcripſit. „ Diſce (nos docet Baronius, loquens Veterum ore) diſce ex ſerie (a) ſuſcribentium (in Concilio Mediolanenſi, ab Euſebio celebrato) non ſedium prærogativæ, ſed temporis, „ quo quiſque Epiſcoporum ſedere cœpit, haberi ſolitam rationem: quod vel uno exemplo intelliges, dum in Concilio Aquilejenſi, cui pariter Epiſcopus Mediolanenſis Sanctus Ambroſius præfuit, in „ ordine ſubſcribentium Epiſcoporum ante Diogenem „ Epiſcopum Genuenſem Philaſter, ſive Philaſtrius ponitur Epiſcopus Brixianus; in hac vero Synodo „ primo ponitur Paſchalis Genuenſis Antiſtes, & poſt „ alios ſubſcriptus legitur Octavianus Epiſcopus Brixianus . . . . Eadem quoque ratione Juſtinus Vercellenſis Eccleſiæ Epiſcopus hic in imo ferme „ poſitus reperitur, qui in Concilio Aquilejenſi IV. „ loco legitur collocatus: quod & de aliis frequentiſſime accidiſſe cognoſcitur."

Quid reponis, Clariſs. Vir? Maximus Taurinenſis Antiſtes in Synodo Romana poſt Hilarium Pontificem Maximum primo loco ei ſubſcripſit. „ Quod (ſubdit Baronius) vero (b) inter XLVIII. Epiſcopos, qui Synodo interfuerunt, primo loco ponatur Maximus Epiſcopus Taurinenſis poſt Romanum Pontificem, non id quidem accidit Sedis prærogativa, quum digniores illic eſſent Epiſcopi Metropolitani, ut inter alios Eccleſiæ Mediolanenſis Antiſtes. Sed id factum ſcias prærogativa ætatis, „ in Epiſcopatu agentis: hic namque mos vetus, ut „ qui plures annos ageret in Epiſcopatu, vel Archiepiſcopatu, priorem ſibi in Synodis locum vendicaret, etiam ſi alioqui dignitate Sedis eſſet inferior,

H

(a) ad *ann.* 451. *pag.* 129.
(b) ad *ann.* 465. *pag.* 265.

„ rior, ſalva tamen Patriarchalium prærogativa Se-
„ dium. “ Quid tum denique reſpondes?

Acta Synodi Aquilejenſis, in qua Ambroſius Primus in Palladium ſententiam dixit, Valerianum Ambroſio præpoſitum exhibent.

„ Valerianus Epiſcopus Aquilejenſis.
„ Ambroſius Epiſcopus Mediolanenſis.
„ Euſebius Epiſcopus Bononienſis,
„ Limenius Epiſcopus Vercellenſis.
„ Amenius Epiſcopus Sirmienſis Illyrici:

„ Quæ (obſervat Card. Noriſius ſplendidiſſimum
„ Religionis Auguſtinianæ, & totius Eccleſiæ Ju-
„ bar) quæ tamen non adduco, (a) ut Primatum
„ Aquilejenſem ſupra Mediolanenſem Metropolim
„ probem Nam quum Limenius Vercellenſis Ame-
„ nio Sirmii Metropolitæ præponatur, juxta dele-
„ gatæ dignitatis antiquitatem Epiſcopi illi ſubſcrip-
„ ti videntur ..... Ita in Sardicenſi Concilio Ho-
„ ſius Cordubenſis primus non quidem ſententiam
„ Patrum rogabat, ſed ſuam promebat, quam cæ-
„ teri ſequebantur; hic recte a Theodoreto (b) di-
„ ctus fuit Princeps Sardicenſis Synodi. Qua auctori-
„ tate ille uſus eſt; quod illuc eſſet ab Apoſtolica
„ Sede ſpecialiter delegatus “ Quum D Euſebius ſpecialem delegationem Pontificiam non habuerit, æqum eſt adſcribere primum locum in Concilio prelato ab ipſo occupatum, non Sedis Dignitati Metropoliticæ; ſed delatæ dignitatis antiquitati, eo modo, quo Limenius, ejus Succeſſor immediatus, Amenio Sirmii Metropolitico præpoſitus eſt.

„ At (adjicit Norius) Salmaſius priorem in Sy-
„ nodis locum Aquilejenſi Metropolitæ datum con-
„ tendit; quia in Synodo Sardicenſi anno CCCXLVII.
„ legitur ſubſcriptus: *Fortunatianus Epiſcopus Civitatis*
„ *Aquilejæ*, & poſt alios quoſdam, *Protaſius Epiſcopus*
„ *Civitatis Mediolanenſis* ... Sed hæc argumenta lubri-
„ ca ſunt; nam in Synodis non ſemper dignioris
„ Sedis Epiſcopi primo loco ſubſcribebant; in quam
„ rem innumera exempla adducit Halliar. lib. IV.
„ Hier, Eccleſt. ſect. IV. c. 11. §. 76. Certe in laudata
„ Syno-

(a) *ibid. pag. 770.*
(b) *tom. 1. pag. 432.*

„ Synodo Sardicenſi ante Protaſium Mediolanenſem
„ ſubſcriptus legitur Lucius, ſeu Lucillus, noſtræ
„ Veronæ Epiſcopus, qui tamen ea tempeſtate erat
„ ſubditus Protaſio. “ (a) Quid reponitur?

Binius (b) addit, non jam anterioritatem, ſed ſolum ordinem ALPHABETI in Epiſcoporum ſubſcriptionibus obſervatum apparere, ſumpto exordio ab incipientibus a littera A, & ſubinde a littera B, & ſic de cæteris; qui ordo nullam conſecutionem facere aptus eſt.

Ne te multis morer, affirmo, Concilium illud, abſentibus Legatis Pontificiis, & Præſide ex hypotheſi Euſebio fuiſſe Accephalum; quod is abſque Romana delegatione verum, legitimumque illius cœtus non fuiſſet Caput; quia illa Synodus erat Generalis, in qua ſolus Pontifex vel per ſe, vel per Legatos præſidere debet.

In Legatorum, & Euſebii ad Synodum acceſſu Acta, quæ Legatis non præſidentibus, & Euſebio inſcio, ac abſente violenter geſta fuerant, reiciſſa ſunt. „ Adeſt (ajebat Hilarius) adeſt (Euſebius) una „ cum Romanis Clericis, & Lucifero Sardiniæ Epiſ„ copo. “ Conſtantius, non tantum ob Euſebii conſtantiam, ſed etiam Luciferi, Pancratii, & Hilarii Legatorum, ſpe fruſtratus, Mediolanum acceſſit Liberium, qui decrevit, & geſſit ea, quæ non tantum Euſebius, ſed etiam Legati, & cæteri Epiſcopi Catholici præſcripſerant, definierant, & egerant; omnes enim Antiſtites in Synodis ſedent, ut Judices.

Rogant Legati Euſebium, ut Synodo adſit, non ut auctoritate ſua Concilium diſſolvat, ut Judicis, ſed ut ſolertia, doctrina, ingenii acumine machinam Arianorum deſtruat. Litteræ Legatorum ſic habent . . . . . „ Valente expulſo in adventu tuo diſſo„ luta blaſphemantium Arianorum Machina pen„ tus deſtruetur. “ Ab initiis Synodum non cogerunt; quod eo tempore vinculis addicti fuerint. Deinde libertate donati, inierunt Templum, & ſua præſentia, & ſua præſidentia legitimam collegerunt Synodum, ac revocato è lapſu ante Euſebii Dionyſio,

 adjectis

(a) *ibid. pag. 770.*
(b) *tom. 2. pag. 439.*

adjectis fidei Nicænæ expoſitæ XL. Patrum ſubſcriptionibus, eam diſſolverunt.

„ Colligo (replicas) inquam, D. Euſebium fuiſſe „ abſque dubio Metropolitam, & talem, ut ſine ipſo, in Concilio, nihil jure agi potuerit. “ In præfato Concilio aderant Legati Apoſtolici, auctoritate præſidendi freti. Si ibi illi non fuiſſent, & ſi aſtantes, jure Præſidum caruiſſent, & ſi Euſebius jus Metropoliticum obtinuiſſet, eidem Synodo nunquam præfuiſſet, ut Metropolita, quia illa erat Generalis, ubi ſolum præſidere Pontifex vel per ſe, vel per alios debuit. In Conciliis Univerſalibus abſque Metropolita nihil agi poſſe falſiſſimum eſt. Nolo labi in errorem eorum, qui aſſerunt, in Conciliis Generalibus antiquiorem Patriarcharum, vel Epiſcopum ejus loci, ubi ipſa coacta fuere, præſidentiam habuiſſe.

„ Sed inſuper (ais) clare demonſtratur potiores partes, primaſque in eodem Concilio ſupra (a) „ ipſos Legatos Pontificios Euſebii fuiſſe, eidemque „ auctoritative præſediſſe. Ad hæc quid reſpondet „ noſter Diſſertator ? “ Nihil. taceo: tacere fas eſt.

Suſcipio Baronium, loquentem ore vererum ſic: „ Erat Euſebius, ait, Dionyſio longe ætate major, „ adeo ut ipſe Dionyſius filius videri poſſet. Patet „ namque Euſebius præ ætate & Sedis, cui præerat, „ temporis diuturnitate nominari conſueverat. . . . „ indignum plane eſſe affirmans (dum togatus fuit, „ ut damnationem Athanaſii ſuo quoque Chirographo communiret) ſi junior Epiſcopus Seniori, at„ que Parenti filius, in Charta, præter Eccleſiæ „ morem, ab omnibus legeretur. “ Ne actum agamus, animo revolvas plura exempla ſubſcriptionum, huic noſtræ rei coævarum, a Baronio, ac Noriſio hic ſuperius allata, quibus iſte vetus mos Eccleſiæ firmatur, quo Senioribus Epiſcopis primus ſubſcriptionum locus conceſſus erat. Prælatio paternitatis in Euſebio erga Dionyſium intelligi debet, & eruitur ex his verbis ejus, a veterrimo, ac ſuppari Auctore relatis: „ Neque filium meum Dionyſium . . . „ vobiſcum participare permitto. “

Auctor

(a) *ibidem pag.* 207.

Auctor Sermonis, ſæpe laudari, in laudem Sancti Euſebii adornati, Arianis, dum ii traderent eidem paginam, ad quam ſubſignandam Dionyſius dolo ſeductus fuit; ut ejuſdem ſubſcriptione illa itidem firmaretur, reſpondiſſe ait: „ Hoc ſibi placere, quod
„ illis; ſed quod ſibi *Filium* Dionyſium in ſubſcri-
„ bendo præponerent, graviter ſe moveri: Vos
„ enim, inquit, qui dicitis Filium Dei æqualem
„ eſſe non poſſe, cur mihi filium prætuliſtis? “
Qua illi ratione permoti, ſtatim Sancti Dionyſii Chirographum deleverunt, priorem locum deſcribendi B. Euſebio deferentes. At Euſebius, eo pacto Dionyſii ſubſcriptione correcta, dare poſtea nomen recuſavit. Ex quibus pater, Euſebium non quidem jus Metropoliticum Arianis objeciſſe, ſed ætatis prælationem, unde tamquam Seniori priorem in ſubſcribendo locum ſibi deberi decebat. Neſcio, unde ex geſtis D. Euſebii jus præfatum deduci poſſit; neque hoc cum hujus Scriptoris narratione congruit.

„ Conſtat autem (addis) ex dictis, Legatos Pon-
„ tificios, quoties Legatio erat ad præſidendum Con-
„ ciliis, nulli nequidem Metropolitano in propria
„ Eccleſia locum ceſſiſſe; e contra vero quoties Le-
„ gatio erat ad intereſſendum dumtaxat, ceſſiſſe,
„ non Senioribus, ſed Metropolitano. “ Obſerves,
id, quod afferis eſſe falſum. „ Ita (ajebat Noriſius)
„ in Sardicenſi (*a*) Concilio Oecumenico Hoſius Cor-
„ dubenſis primus non quidem ſententiam Patrum
„ rogabat, ſed ſuam promebat, quam cæteri ſequ-
„ bantur, hinc recte a Theodoreto dictus fuit Prin-
„ ceps Sardicenſis Synodi. Qua auctoritate ille uſus
„ eſt; quod illuc eſſet ab Apoſtolica Sede ſpecialiter
„ delegatus. “ In memoriam revoca exempla ſubſcriptionum, paullo ſuperius producta.

Adhuc (ſubdis) certum eſt, „ D. Euſebium pri-
„ mum locum in ſubſcribendo poſtulaſſe, eique ab
„ Arianis delatum, non quia antiquior, & ſenior
„ eſſet Epiſcopus, ſed quia Metropolita. Res enim
„ agebatur in Eccleſia propria Sancti Dionyſii, in
„ qua iſte ex ſacrorum Canonum regulis jus præla-
„ tionis habebat ſupra cæteros Epiſcopos, excepto
„ Metropolitano. “ In Concilio Chalcedonenſi Epiſ-

(a) *Loc. cit.*

copus modo (Act. VI.) loco XVII. modo loco XIV. (ibid) modo (Act. VI.) loco XVII modo loco XIII. (Act. IV.) ſubſcripſit. (a) In Concilio Matiſconenſi Provinciali II. Euſebius Epiſcopus Eccleſiæ Matiſconenſis loco XIII. (b) In Concilio Valentinæ II. Provinciali Ragnoaldus Epiſcopus Eccleſiæ Valentiæ V. loco ſubſcripſit. (c) In Concilio Toletano Provinciali IV Juſtu Metropolita Toletanæ Eccleſiæ III. loco ſubſcripſit. In Concilio Toletano VI. Epiſcopus Toletanæ Eccleſiæ III. loco ſubſcripſit. Veneta Provincia Divi Ambroſii Mediolanenſis Metropolitæ juri adſcripta, Aquilejenſis Eccleſia in ordinem reducta fuit, illiuſque Epiſcopus laudati Metropolitæ ſuffraganeus erat. In Synodo Aquilejenſi Ambroſius dixit: „ Quid ergo vobis, Sancti Viti, placeat, declarandum eſt, Omnes Epiſcopi dixerunt placet. “ In eo autem Concilio Ambroſius, uti ſupremus Judex, Palladium Arianum interrogavit, eodemque hæreſeos convicto Ambroſius ante cæteros, quos inter erat Valerianus Aquilejenſis, hanc ſententiam pronunciavit: „ Juxta ea, quæ hodie audivimus, pronuncio illum Sacerdotio indignum, & carendum, dum & in loco ejus Catholicus ordinetur. Omnes Epiſcopi dixerunt: Anathema Palladio. “ Hoc ſane eſt Metropoliticæ juriſdictionis invictiſſimum argumentum. Sed Acta Synodalia Valerianum Epiſcopum Aquilejenſem Ambroſio præpoſitum exhibent: ita enim Patres nominantur: „ Valerianus Epiſcopus Aquilejenſis, Ambroſius Epiſcopus Mediolanenſis ..... “ Ex hiſce conſtat, primum locum in ſubſcriptionibus a Metropolita olim habitum non fuiſſe; & Euſebium, ut Metropolitam, eum locum non petiiſſe.

Euſebius petiit priorem locum ſolum ſuper Dionyſium, non ſuper omnes Epiſcopos, qui ſubſcripſerunt, & aderant „ Vos enim, inquit, qui dicitis, filium Dei æqualem eſſe non poſſe, cur mihi filium prætuliſtis? Qua illi ratione permoti, ſtatim Sancti

(a) *Concil. Tom 2. edit. Colon. Agripp. an. 1567.*
(b) *Tom 2. ibid. pag. 686.*
(c) *Ibid. 882.*

cti Dionyſii Chirographum deleverunt. " Hæc Euſebii petitio unicum finem habebat, ſcilicet ut Dionyſii ſubſcriptio auferretur.

„ Præterea (reponis) ſi ponamus, D. Euſebium „ primum locum poſtulaſſe, eique ab Arianis delatum, quia antiquior, & ſenior Epiſcopus eſſet, „ debemus neceſſario dicere, Euſebium revera fuiſſe „ antiquiorem omnibus Epiſcopis, qui Concilio aderant. " Nequaquam. Debemus neceſſario dicere, Euſebium revera fuiſſe antiquiorem Dionyſio; nam ipſe priorem locum ſuper Dionyſium tantummodo petiit. „ Decet te (ajebat Conſtantius, Euſebio aliam paginam offerens) decet te, ut prior omnibus ſubſcribas, deinde cæteri tuam ſequendo honorificent paternitatem ". Hic impius, qui Euſebii petitionem ad ſuperbiam retulit, ut votorum ſummam obtineret, ei primum locum ſuper cæteros abunde obtulit; de jure Metropolitico nihil cogitans. Tu ſuſtines priorem ſubſcriptionis locum Metropolitæ ex jure deberi; at Conſtantius eumdem Euſebio ex convenientia, & decentia conceſſit. „ Decet (ait) decet te, ut prior omnibus ſubſcribas. " Euſebius paginam Catholicam primus ſignavit, cui XL. Epiſcopi ſuum Chirographum adjecere; vel quia cæteris delatæ dignitatis antiquitate præfuit; vel quia ex convenientia ei conceſſus fuit, præcipue ob facinus, æternitati commendatum, quo a lapſu Dionyſium vindicavit, & Eccleſiam ex ultimo diſcrimine eripuit, & primus fidei vexillum ſublime protulit. Binii ſententia etiam mihi arridet: ſuperiores paginas volvas. Præterea inquito, quo anno Pontificatus Julii D. Euſebius praeſſe ordinatus in Epiſcopum fuit? Neſcimus. Etſi Julius P. M. illum conſecraverit, ignoramus, aut ab initio, aut in medio, aut in fine regiminis ejus hanc ordinationem confectam fuiſſe. Unde noviſti, D. Euſebium Sedem non iniiſſe, niſi quatuor annis citciter ante Concilium? Conſtituimus, D. Euſebii ordinationem, non anno CCCL., ſed circa annum CCCL. Epocha eſt indefinita Julius anno CCCXXXVII ſedere cœpit, ac annis XV. menſibus II, diebus VI ſedit. Mabillonius Epocham Epiſcopatus Divi Euſebii anno circa CCCXL. ad annum

 CCCLXXI.

CCCLXXI extendit. Demum vel concede, D. Euſebium fuiſſe Legatum; vel concede, Concilium illud non fuiſſe Generale, vel concede, D. Euſebium eidem non præfuiſſe.

Mihi, producenti in medium Æmilianum ſubſcribentem, Tu concedente, juxta delatæ dignitatis antiquitatem in Synodo, Romæ anno DI. coita, ſic reſponſum dediſti: „ Nam in ea Synodo non agebatur de „ Seſſione Metropolitani in ſua Provincia. “ Hic in Concilio Mediolanenſi de Seſſione Euſebii, ut Metropolitæ, agitur nec Supponis, tanquam certiſſimum, & firmiſſimum apud nos id, quod in controverſia verſatur. Modo ex primo ſubſcriptionis loco, ab Euſebio habito, ejus jus Metropoliticum deducis; modo ex Seſſione, Euſebii, ut Metropolitæ, in ſua Provincia debitum jure primum ſubſcriptionis locum. Sicut ex tua ſententia Æmilianus VI. locum illic, dumtaxat Epiſcopus, occupavit; ſic Euſebius primum locum hic habuit, ut Epiſcopus; & uterque locum prædictum juxta antiquitatem dignitatis obtinuit. In Concilio relato Bracarenſi, anno DCLXXV coacto, ſtatutum eſt, conſervato Metropolitani Primatu, cæteros Epiſcoporum juxta ſuæ ordinationis tempus ſedere. Hæc Synodus, anno præfato celebrata, morem præcedentium temporum evertere poteſt, ita ut ille non fuerit? Ulterius hæc Synodus fuit particularis, & Canonem erga ſuam Provinciam edixit. Quid plura? Ambroſius vere Metropolita in Concilio Aquilejenſi Valeriano Aquilejenſi Antiſtiti, ut vidimus, poſtpoſitus eſt. Poterat Euſebius opportune prodere adverſus Arianos Metropolitæ dignitatem, ſi ea fulgebat, prætermiſſo hoc præciſo Metropolitæ nomine, quod eodem tempore apud Archiepiſcopos in more non fuit. Verum eſt, Metropolitas eo tempore Patris, ac Senioris titulo cohoneſtatos fuiſſe, ſed verum eſt, Euſebium erga ſolum Dionyſium, non erga cæteros Epiſ-

ſco-

ſcopos, prærogativam Patris, & Senioris extuliſſe: ,, neque filium meum vobiſcum participare permitto." Ab eodem Dionyſius Filii nomine vocatur; quia Junior, ac Diſcipulus. Nec nomen, nec geſta Euſebii Metropoliticam dignitatem manifeſtant. Ex geſtis D. Ambroſium agnovi Metropolitico gradu donatum. Epiſtola D. Ambroſii, ad nos Vercellenſes miſſa, copioſe clareque prodit, omnes Liguriæ, atque Æmiliæ, Venetiarumque vel cæterarum finitimarum Italiæ partium Eccleſias ad ipſum, ut Metropolitani ſpectaſſe. Ipſe nos id docet tum Epiſtola XLVI. in qua Syagrii Veronenſis Epiſcopi de Indicia puella judicium retractat: quod certe non feciſſet, ſi ejus Sedi ſubjectus non fuiſſet. tum Epiſtola XIX. in qua Eccleſiam Forocornelienſem, quam in Flaminia fuiſſe nemo ignorat, tanquam fidei, & curæ ſuæ creditam, Conſtantio Epiſcopo commendat. ,, Commendo, ait, tibi, fili, Eccleſiam, quæ eſt ,, ad forum Cornelii, quo eam de proximo interviſas ,, frequentius, donec ei ordinetur Epiſcopus. Occupatus ,, diebus ingruentibus quadrageſimæ tam longe non poſſum excurrere." Non dicam de Epiſtola D. Ambroſii ad Epiſcopos per Æmiliam conſtitutos, eos de celebritate Paſchali inſtruentis: non amplius dicam de Concilio Aquilejenſi, ab ipſo celebrato, cui, ut Metropolita, præſedit. Utinam vel unum documentum hiſce ſimile inveniretur, quo D. Euſebio jus Metropoliticum firmaretur.

IN PROPOSITIONEM IX.

CAPITIS I.

„ Eccleſia Vercellenſi Primatu jam po-
„ tiebatur, quum D. Euſebius
„ Epiſcopatum iniit:

ANIMADVERSIO IX.

NE tædio tibi amplius ſim, in pauca multa confero. Primatus Civilis Vercellis nunquam fuit, ut aſſeris; ergo nec Primatus Eccleſiaſticus. Nam primis ſæculis apud Civiles Metropoles conſtitutus erat, ut ab initiis ejuſmodi Capitis probatur. Ex Gelaſii Pontificis Maximi Epiſtola, ad Epiſcopos Dardaniæ miſſa, deducitur, Metropoli Civili Metropolim Eccleſiaſticam ex ſua natura non deberi; quod in Urbes primarias Metropoliticum decus a Pontificia poteſtate derivare, compertum omnibus eſt. Compertum etiam eſt, a Pontificum arbitriis ſolas Metropoles Civiles hocce Eccleſiaſtico Primatu olim decoratus fuiſſe. Dum Sanctos Apoſtolos Petrum, ac Paulum appello Romæ Principes, Romamque totius Orbis Metropolim, quis non intelligit, me loqui de Primatu & Metropoli Eccleſiaſtica? Omnes adhuc parvuli ſciunt, Romam eſſe Religionis Chriſtianæ Caput, & Sacræ Poteſtatis fontem, & Eccleſiarum Principem. Quiſnam poteſt intelligere, me loqui de Vercellenſi Metropoli Eccleſiaſtica, dum de Primatu Vercellarum verba facio? Nam res hæc eſt inaudita retro, & nunc ignota, & ab Auctoribus vetuſtiſſimis nedum prætermiſſa, verum etiam ignorata. Quo innoteſcit, D. Antoninum, ac Auctorem cujuſdam vitæ D. Euſebii dicentes, Vercellas, Liguriarum Civitatem, eodem tempore Primatum inter cæteras Urbes retinuiſſe, non loqui de Eccleſia Vercellenſi, verum de Vercellis, Primatum ſæcularem Civitati, non Eccleſiæ, falſo adſcribentes.

„ Præ-

„ Præterea (ais) liquet (*a*) Auctorem (laudatæ vi-
„ tæ D. Euſebii) plura, quæ ibi narrat, accepiſſe à
„ Scriptoribus coævis, vel fere; inter quos . . . . . eſt
„ D. Ambroſius (Si tamen hic ab illo non ſumpſit)
„ cujus ſententias, & verba non ſemel uſurpat . . . . . “
Proba, quod aſſeris, nempe illum accepiſſe a Scriptori-
bus coævis, vel fere. Proba, D. Ambroſio eum coæ-
vum, aut ſupparem fuiſſe; nam unus vel proximus,
aut remotiſſimus ab ætate alterius Scriptoris ab eodem
ſumere poteſt, dum ei tempore ſuccedat. Auctor Ser-
monis, cujus eſt initium : *Ad Sancti* . . . . & Auctor
præfatæ vitæ ſententiis & verbis conveniunt. Quid in-
terea ? Auctor prædicti Sermonis non eſt D. Ambro-
ſius, ut diximus. Uſquequo ſenſus meos in obliquum
deflectere vis? „ Firmiter (ajebam) conſtituo, præfa-
„ tum Scriptorem Ambroſii ſententias, expreſſiones,
„ dicendique formam ſumpſiſſe. Hoc ad laudem, & fa-
„ mam ejus ducit. Verum gloriæ detraxit malum con-
„ ſilium addendi ſine cauſa ea, quæ de Primatu Ver-
„ cellarum fingit, ac commiſcitur; dum D. Ambroſius
„ ne unum quidem verbum de Primatu agit. “ Subdit
Diſſettator (ais) Auctorem illum, iis, quæ habet de
Primatu Vercellarum, detraxiſſe gloriæ S. Doctoris.
Deus ! Qui oculos habet, videat. In meo textu hæc
verba extant : *Verum gloriæ detraxit malum conſilium* ?
Ubi ſunt illa verba: *gloriæ S. Doctoris* ? Hic loquor de
præfato Scriptore, a quo Ambroſii ſententias, & ex-
preſſiones ſumptas fuiſſe, conſtituebam. Ex contextu
hoc patet. Primo oratio inſtituitur de eodem, qui Am-
broſium adhibuit: deinde aſſerebam, hoc ad laudem &
famam ejus ducere; quod uſus ſententiarum, & expreſ-
ſionum tanti Doctoris bene & glorioſe unicuique Scri-
ptori cedit. Demum dixi, ejuſdem Scriptoris gloriæ de-
traxiſſe malum conſilium addendi ſine cauſa ea, quæ
de Primatu Vercellarum fingit, de quibus Ambroſius
nunquam agit. Contra ſi Ambroſius omnia, ſententias,
& expreſſiones ejuſdem Scriptoris adhibuiſſet, in S. Do-
ctoris gloriam hic uſus non ceſſiſſet. Modo ais, illum

H 6 Scri-

(a) *Prima Diſſert. ad Calcem ultim. Synod. Vercell. pag.* 260.

Scriptorem D. Ambroſii nonnullas tantum ſententias ſuæ hiſtoriæ inſeruiſſe. In prima tua Diſſertatione ajebas, eum Auctorem illa, quæ ibi narrat, accepiſſe a Scriptoribus coævis, vel fere, inter quos . . . . eſt D. Ambroſius. Hæc ſunt diverſæ dicendi rationes. Si D. Ambroſius nonnullas prædicti Auctoris ſententias, nonnulla verba tantum uſurpaſſet, ejus decus nullum nævum contraxiſſet. Paulus enim cujuſdam Poetæ hanc expreſſionem adhibuit, Athenienſes(a) alloquens: *Ipſius enim & genus ſumus*. „ Inter quos (ſubdis ibidem) eſt „ D. Ambroſius ; ſi tamen hic ab illo non ſumpſit. " Quiſnam poteſt in dubium vocare, an Ambroſius ab eodem Scriptore, an hic ab illo ſumpſerit ? Nam Ambroſius ſæculo IV. floruit, & ex tuo dictu exemplaris MS. ejuſdem Scriptoris characteres formam uſitatam ſæculi VI. vel VII. redolent. Jure dixi, gloriæ præfati Scriptoris detraxit malum conſilium addendi ſententiis, ac expreſſionibus, a D. Ambroſio ſumptis, ea, quæ de Primatu Vercellarum fingit; dum S. Doctor ne unum quidem verbum de Primatu agit.

Stat firmiter judicium de auctoritate D. Antonini, Vincentii, Jacobi a Voragine latum. Aurum a ſcoria ſecernatur, & omnia probentur, excutiantur. Quo juxta Critices regulas facto, rejiciendus erit Primatus Metropoliticus Vercellenſis, quia aurum non eſt, ſed ſcoria. Nam teſtimonium prædictorum Scriptorum nulli veterum documentorum, & Auctorum coævorum, vel ſupparium innititur. Quidam ex eis recentioribus Scriptoribus literis mandaverunt, D. Euſebium munia Metropolitæ ex vi Legationis Pontificiæ impleviſſe. Si tibi placet, hunc primatum concedo. Jam vidimus, D. Athanaſium, Auctorem præfati Libri Synodici. Acta Concilii Mediolanenſis, vita D. Euſebii, ſæpius in medium poſita, nullum robur ad firmandum hunc Primatum Metropoliticum addiderunt.

IN

(a) *Act. Apoſtol. c. XVII.*

Digitized by Google

IN PROPOSITIONEM X.

EJUSDEM CAPITIS

„ Dignitas Metropolitica D. Euſebii demonſtratur ab antiquiſſimis picturis Eccleſiæ, eum Pallio „ ornatum repræſentantibus.

ANIMADVERSIO X.

Ab uſu Pallii ante ætatem D. Gregorii Magni dignitatem Metropoliticam inferri negavi, & meum inſtitutum probavi, adducens quoſdam Epiſcopos decoris cauſa Metropolitas vocatos, & donatos Metropolitarum privilegiis, inter quæ Pallii Græci uſum non eſſe, nemo aſſerere poteſt. Adferebam, Concilium Chalcedonenſe, anno CDLI. celebratum, in quo Eccleſia Chalcedonenſis Metropolis privilegia obtinuit ſine auctoritate Primatus, ut oſtenderem, ante tempora Gregorii Magni cum uſu privilegiorum Metropolis, inter quæ Pallium eſt, non ſemper jus Primatiale conjunctum fuiſſe, non ut probarem ea, quæ circa dimidium ſæculi IV. geſta ſunt. Probo, ante dimidium ſæculi IV. ab uſu Pallii auctoritatem Metropoliticam diviſam fuiſſe. Valentiniano, & Valente ſæculo IV. imperantibus, Epiſcopo Nicæno Metropolitæ nomen & privilegia ſine Primatus jure ſtatuta fuere. „ Et manifeſtum eſt (habetur in actis Concilii Chalcedonenſis) quoniam (a) „ religioſiſſimo Epiſcopo Nicomediæ Ordinationes com„ petunt, quia & leges ..... nomine Metropolis ſolum„ modo honoraverunt Nicænum, & præponitur reli„ quis Epiſcopis Provinciæ honore ſolummodo... Sancta „ Synodus clamavit: Canones teneant. Glorioſiſſimi Ju„ dices dixerunt: Auctoritatem quidem Metropolitani „ inter Eccleſias Provinciæ Bithyniæ Nicomedienſis Re„ verendus habebit Epiſcopus, Nicæno habente hono„ rem Metropolitani tantummodo, ſubjacente autem „ ad exemplum aliorum Epiſcoporum Provinciæ Nico„ medienſi. Hoc enim viſum eſt Sancto Concilio .... "
Ecce exemplo, ac auctoritate, a Sæculo IV. petita, firma-

(a) *act. XIII.*

firmata eſt mea aſſertio, ſcilicet nonnullos Epiſcopos decoris cauſa, ſine Primatu, appellatos Metropolitas fuiſſe.

Ut Tibi inquirenti circa inſtitutionem Metropolis Chalcedonenſis reſponſum præbeam, dico, a Marciano Auguſto Chalcedonenſem Civitatem in Civilem Metropolim erectam fuiſſe. quod ad Poteſtatem Sæculi attinet. Jus Metropolitico-Eccleſiaſticum quod olim Metropolis Civilis inſtitutionem ſequebatur, Eccleſiæ illius Urbis a Poteſtate Eccleſiaſtica præſtitum fuit. Poſtquam Marcianus ſermonem, de erectione Chalcedonis in Metropolim habitum, in exitum duxiſſet, conſenſum omnes Patres dederunt hac acclamatione. „ Omnes (a) „ clamaverunt: Juſtum judicium Imperatoris digni „ Sancta Martyre. “ Leo Pontifex Maximus, confirmans omnia geſta Sanctæ Synodi, hanc Metropolim Eccleſiaſticam ſua Apoſtolica auctoritate instituit, fecit, ac firmavit. „ Johannes (ſic ſubſcripſit) miſericor- „ dia Dei Epiſcopus Chalcedonenſis Metropoleos Bi- „ thiniæ Provinciæ (b) ſimiliter ſubſcripſi. “ In notitia Patriarchatuum Nilus Doxapatrius ſic habet. „ Chalce- „ don ejuſdem Provinciæ (Bithyniæ) ſine ſubditis. “.

Relate ad reliquos (ais), ſcilicet Epiſcopos, quos protuli, qui appellati Archiepiſcopi fuere, qui Patriarchali poteſtate exſoluti fuerunt, quorum quidam Archiepiſcopi vocati fuerunt, qui nullius Metropolis ſubjectionem habebant, quamvis a Patriarchis penderent, quique Metropolitici honores, nomina, & privilegia obtinuere: „ relate ad reliquos obeſt, quod ex „ Hiſtoria Eccleſiaſtica . . . . conſtat ante D. Grego- „ rium Magnum nulli tributum fuiſſe uſum Pallii, „ præterquam ſolis Metropoliticis . . . . “ Quomodo obeſt Hiſtoria Eccleſiaſtica, quæ prodit, Pallii uſum a Marco Pontifice Maximo, Sæculo IV. florente, Epiſcopo Oſtienſi tributum fuiſſe, ut libenter concedis? Quomodo obeſt Hiſtoria Eccleſiaſtica, quæ profert acta Concilii Chalcedonenſis; quo innoteſcit Epiſcopum Nicænum nomine Metropolis ſolummodo a Legibus cohone-

ne-

(a) *act. VI.* (b) *Concil. Oecumen. VI. Tom. III. Concilior. edit. Hard. Pariſ. pag.* 1426.

Digitized by Google

neſtatum, & reliquis Epiſcopis Provinciæ honore ſolummodo præpoſitum fuiſſe? Quomodo obeſt Hiſtoria Eccleſiaſtica, que producit Epiſcopum Chalcedonis, privilegiis Metropolitæ ſine Provincia, & ſine ſubditis decoratum?"

„ Si alias (Balſamon in antiquis notitiis Eccleſiarum „ ſic habet) etiam Eccleſias (a) inveneris, quæ per ſe „ ſint Capita, ut Bulgariam, Cyprum, Iberiam, ne „ mireris. " Nilus Doxapatrius de Patriarchatu Hieroſolomitano agens, inquit: „ Habet præterea Autoce„ phalos Epiſcopos viginti quinque, non habentes ſub „ ſe Epiſcopos. " (c) Ii vocabantur Archiepiſcopi, & donati Metropolitarum privilegiis, inter quæ uſus Pallii Græci adnumeratur.

„ In Galliarum Epiſcopos (D. Gregorius Magnus hoc „ reſponſum Auguſtino Cantuarienſi Epiſcopo dedit) nul„ lam tibi auctoritatem tribuimus; quia ab antiquis „ temporibus Prædeceſſorum meorum Pallium Arelaten„ ſis Epiſcopus accepit, quem nos privare auctoritate „ percepta, minime debemus." Hac auctoritate invicte probaviſſe cenſes, ſemper cum Pallio conjunctam fuiſſe poteſtatem Metropoliticam. Ego ex hoc textu infero, non ubique, ſed in Eccleſia Arelatenſi ſemper cum Pallio conjunctam fuiſſe Poteſtatem Metropoliticam. Si ſemper hæc res ita fuerit, quare Epiſcopo Oſtienſi Metropoliticam Poteſtatem non concedis? Quare Epiſcopi, a me relati, Metropolitarum honore, ac privilegiis cohoneſtati, Poteſtate in Provincias potiti non fuerunt? Inſpicio in præfato Pontifice Maximo zelum ſervandi leges, & Canones SS. Patrum, præcipue canones Conciliorum, de quibus ſuperius actum eſt. „ Si ſua (ſcribit ipſe) „ unicuique Epiſcopo juriſdictio non ſervatur, quid a„ liud agitur, niſi ut per Nos, per quos Eccleſiaſticus „ cuſtodiri debuit ordo, (c) confundatur?" Sicut recentiſſimis temporibus Præſul Vercellenſis Purpura Romana donatus eſt, quamvis Cardinalium cœtui non ſit ſem-

(a) in Concil. Conſtantinop. can. 11. apud Bever. Cod. can. Eccleſ. Univ. tom. I. pag. 88 edit Oxon. anno 1672.
(b) apud Steph. Moynium var. ſacr. Tom. I. pag. 232.
(c) lib. IX. Ep. XXXII. ad Roman.

ſemper adſcripti; ſicut priſtinis ætatibus plures Epiſcopi Metropolitarum nomine, honore, ac privilegiis ſine ſubditis, & ſine poteſtate in Provincias prediti fuerunt. Quis inter decora Metropolitæ uſum Pallii non adnumeret? Quum vetus conſuetudo Eccleſiæ non comprobet, ante D. Gregorii Magni ætatem ſemper cum Pallio conjunctam fuiſſe poteſtatem Metropoliticam, ex Pallio, D. Euſebio conceſſo, in eum Dignitas Metropoliticam non infertur.

Ut probarem, D. Euſebium nec Metropolitæ gradu, nec Palli inſigniis honeſtatum fuiſſe, inſtruebam hoc argumentum, Canonicis armis textus. „ Eccleſia Medio-
„ lanenſis Primatum Metropolitæ accepit, quem antea
„ Vercellenſis tenuit: accepit gradum cum omnibus
„ juribus, privilegiis, ac ornamentis, quibus D. Am-
„ broſius decoraretur. Atqui D. Ambroſius uſum Pallii
„ non habebat; Ergo nec & ipſe Euſebius hæc inſignia
„ obtinuit. " Probaſti Tu Minorem. „ Mediolanenſes
„ enim (ajebas) Archiepiſcopi Sæculo VI. elabente a
„ D. Gregorio Magno Pallium ſumpſerunt, & fuit
„ Conſtantius Archiepiſcopus, qui primus hiſce inſi-
„ gniis indutus fuerit. "

Reſpondes ſic: „ Secundam vero (partem propoſitio-
„ nis majoris), quæ eſt tota baſis argumenti, ipſe
„ comminiſcitur. Nam eam nec Nos, nec ullus un-
„ quam docuit. Vidimus ſupra, quod uſque ad tempo-
„ ra D. Gregorii Magni Pallium tribui conſuevit ſolis
„ Metropolitis, ſed non omnibus. D. Ambroſius habuit
„ Dignitatem Metropoliticam, ſed deſtitutam ornamen-
„ to Pallii, quod tandem Eccleſiæ Mediolanenſi con-
„ ceſſum eſt ab eodem D. Gregorio Magno. " Secunda
Majoris pars eſt iſta: „ Accepit gradum cum omnibus
„ juribus, privilegiis, ac ornamentis, quibus D. Am-
„ broſius decoraretur. " Reſpondes ſic: „ Nam eam nec
„ nos, nec ullus unquam docuit. Nego (ſubdis) itaque
„ conſtanter eandem ſecundam partem Majoris, quam
„ ipſe gratis obtrudit. " Ergo Ambroſius accepit gradum ſine juribus, & privilegiis. Quinam eſt iſte gradus, juribus ac privilegiis privatus? Ubi ſunt jura, & privilegia, quæ ipſe non accepit, dum Primatum Ver-

cel-

Digitized by Google

cellenſem ſumit ? Penes Eccleſiam Vercellenſem erunt; quia ipſe ea non accepit. Quum perfectus gradus ſine juribus eſſe nequeat, D. Ambroſius fuit Metropolita nomine ſolummodo, ſine ſumma auctoritate. Quum certo certius ſit, eum apud Liguriam, Æmiliam, Alpes, Cottias, Ratias, Venetias, & cæteras finitimas Italiæ Regiones juriſdictionis exercitium habuiſſe, manifeſtum eſt, hanc aliunde ab eo ſumptam fuiſſe; quia gradum ſine juribus ac privilegiis accepit. Ubi intacta remanent hæc jura, ac privilegia Metropolitica ? Abſque dubio apud Eccleſiam Vercellenſem remanent; quia Divus Ambroſius gradum ſine ipſis accepit. Si apud eam non remanent, concludendum eſt apud eam Primatum Metropoliticum cum juribus ac privilegiis nunquam extitiſſe.

„ Vidimus (ais) ſupra, quod uſque ad tempora „ D. Gregorii Magni Pallium tribui conſuevit ſolis „ Metropolitis, ſed non omnibus “. Neſcio, an ſecundam Majoris partem impugnas, an Minorem meam confirmes. Memento ſaltem Epiſcopi Oſtienſis, cui a Marco Pontifice Romano, ut concedis, uſus Pallii tributus eſt.

„ D. Ambroſius (ais) habuit Dignitatem Metro„ politicam, ſed deſtitutam ornamento Palii “. Ubi Divi Euſebii Pallium remanſit ? Non in Eccleſia Vercellenſi. Aut Divus Ambroſius (ex hypotheſi loquor) Pallium una cum Primatu Vercellenſi ſumpſit, aut Divus Euſebius illud nunquam obtinuit. Præterea, quum rem potiſſimam ac principem accedentia ſequantur, qui cuidam Regnum, Regnique jus præbet, Regia inſignia etiam ei tribuit. Quum Palſum ſit ſummæ Poteſtatis ſignum, qu s non cenſeat, Pallium, quod ex tua ſententia Divo Euſebio præſtitum fuit, in Divum Ambroſium translatum fuiſſe, du n Dignitas Metropolitica Vercellenſis in Eccleſiam Mediolanenſem, ut ais, inducta fuit ? In quam culpam Divus Ambroſius incidit, ut hac Gratia privaretur, qua Divus Euſebius cohoneſtatus fuit ? Fulco Remenſis Archiepiſcopus apud Formoſum interceſſit, ne Pallium quibuſdam Epiſcopis Galliarum, illud ambientibus, & indebite poſcentibus concederet: „ ac per hoc „ (inquit (Eccleſiaſticæ Dignitatis honor viteſcere„

„ ingi

„ incipiat; ſi (a) res indebita, quæ temere affectatur, inconſulte tradatur". Utor exemplo recentiſſimo, quo res vetuſtiſſima profertur. Pallium jam ex hypotheſi Divo Euſebio conceſſum, Divo Ambroſio indebitum erat? Illud vileſcere debebat, dum Divo Ambroſio tribuebatur? Nemo ex Metropolitis Italiæ auctoritatem habuit parem illi, qua Sanctus Ambroſius potitus erat. Animo pendes; immo negas, eum, dum Primatum Vercellenſem obtinuit, ſumſiſſe Pallii uſum, quod eodem ævo Epiſcopo Oſtienſi tributum eſt.

„ Nego (ais) itaque conſtanter eandem ſecundam partem Majoris, ... exinde conceſſa minori, nego conſequentiam". Non diſtinguis Majorem; ſatis tibi eſt, negare eandem ſolam, abſque molestia concedendi Minorem, & negandi conſequentiam. „ De iiſdem (effigiebus, Euſebium Pallio ornatum repreſentantibus) enim locupletiſſime teſtantur de viſu Jo Franciſcus Bonhomius, Jo: Stephanus Ferretius, qui eas refert ad Sæculum VIII., & Canonicus Jo. Baptiſta Modena „. Rea miras, & difficultatibus implicatas mihi paras. Ferretius illas effigies ad Sæculum VIII. referendas cenſuit, & in eis Pallium vidit; & Dignitatem Metropoliticam Euſebio non conceſſit. „ Euſebius (inquit) & quia ſibi a Romano Pontifice Inſubriæ, & totius (b) Liguriæ Paſtoralis cura, ac ſollicitudo fuerant demandata . . . . Mediolanum contendit ad Auxentium".

Pallium, ut ais, in imaginibus Dignitatem Metropoliticam denotat; & Ferretius præfatas D. Euſebii picturas ad Sæculum VIII. retulit: & D. Euſebii paſtoralem curam erga Inſubriam, Liguriamque, non juri Metropolitico, ſed Pontificiæ Delegationi adſcripſit. Tuis dictis fidem præbeo; & cenſeo, eum illis picturis non credidiſſe. Bonhomius idem de eiſdem teſtis de viſu fuit. Quare Primatum Eccleſiæ Vercellenſis, ante adventum Euſebii a te eidem tributum, evertit, ipſum fuiſſe primum Epiſcopum Vercellenſem ſtatuens? Quia illis imaginibus non credidit.

„ No-

(a) *Flodoard. lib. III. cap. 2.*
(b) *Filepp. 1. pag. 159.*

„ Noſtar Diſſertator .... .. quaſi Bonhomius ex „ fraude, & mendacio teſtaretur ſe vidiſſe, quæ „ non vidit, temere ejus auctoritatem hic averſa- „ tur. Mihi (ajebam) præbet (Fileppus, Bonhomium. „ ut commenti enormis, & putidi conflatorem de- „ nuncians) mihi præbet locum habendi hic ejus „ dictis eamdem fidem, qua alibi ejus auctoritatem „ accepit “. Quis facile præbeat fidem cuipiam, qui teſtatur de aliqua re alterius gratia, a quo ille, ut commenti enormis, & putidi conflator, denunciatur?

Prædicti Scriptores, qui teſtantur, ſe vidiſſe illas effigies, de forma pingendi, de modo, quo tela linita fuit, & colores diſſoluti, de Sæculo, quo ille efformatæ fuerunt, de Pallii longitudine, ac brevitate nihil addunt. Ferrerius illas ad ævum VIII refert; nihilominus Jus Metropoliticum Euſebianum deſtruit, ut ſuperius vidimus.

Quomodo innoteſcit earum antiquitas, quæ rem comprobare poteſt? Ante ævum MCCCXXX. colores oleo non diſſolvebantur, ſed in tela gypſo linita apponebantur. Nam ex Vaſario, (*a*) Morerio, & ex Dictionario Gallico Artium, & Scientiarum (*b*) artem adhibendi oleum in pingendo XIV. Sæculo originem duxiſſe, traditur a Jo: Brugenſi Pictore Belga, cujus Diſcipulus fuit Antonius Meſſanenſis, qui hanc Artem in Italiam invexit, & circa annum MCCCCXXX. floruit.

Inquiro, qua ex duabus ætatibus laudatæ imagines confectæ fuerint? Ignoratur. Ex quo manifeſtum eſt, eas non eſſe tali documentum certiſſimum, coævum, aut ſuppar. Inquiro, an ex hiſce Pallii uſus in Divo Euſebio probetur? Nequaquam „ Divus Am- „ broſius .... Pallio (ais) indutus conſpicitur, ut „ ſcilicet hoc ſigno Dignitatis Metropoliticæ expreſ- „ ſivo indicaretur Metropolita, & ab aliis non Me- „ tropolitis ſecerneretur quamvis his inſigniis exor- „ natus non fuerit “. „ Pallium ſignificat (ut di- „ cis) Dignitatem Metropoliticam, quam non aliter „ Pictores denotare conſueverunt “. Tantummodo e

Pal-

(a) *Verb. Antonio di Meſſina*,
(b) *Tom. II.*

Pallium in effigie Epiſcopi Oſtienſis, ac plurimorum aliorum, qui hoc decus ſine gradu Metropolitico obtinuerunt, non indicat hanc Dignitatem, ſed Pallii hujuſmodi uſum obtentum, ſicut Purpuræ Romanæ inſignia, penicillo expreſſa, modo Dignitatem Cardinalitiam, modo ejuſdem poſſeſſionem, ac uſum, ut in Imaginibus noſtrorum Præſulum conſpicitur. In diſcernendo vero a falſo, ſæpius a licentia Pictorum in tabulis expreſſo, opus eſt, earum examen juxta regulas Critices inſtuere. Quod judicium fers in inſeriam, ac audaciam Pictorum, qui effigiebus Divæ Martæ lilium addidere, & Divæ Mariæ Magdalenæ manum eodem non exornant? Utraque S. Lazari Soror eſt: utraque eſt Virgo. Diva Maria Magdalena eſt alia Mulier, diſtincta a Peccatrice, cujus mentio apud Lucam (a) habetur. Quid dicis de Epiſcopis primi ævi, in tabulis infula redimitis? Primi Chriſtiani Hieroſolymis lamina aurea D. Jacobi Apoſtoli, & illius Urbis Antiſtitis caput in agendis Sacris (b) coronabant. Quare Pictorum licentia non Imaginibus DD Gaudentii, Exuperantii, Philaſtrii, ſed Imagini Divi Euſebii Pallium conceſſit? Quia Sæculorum ruditas opinionem Archiepiſcopatus Euſebiani induxit: „ & tunc (tempore Auxentii) B. Euſebius cœpit exercere jura Archiepiſcopalia *ex vi Legationis*. Ex quo (c) alii dixerunt, quod Archiepiſcopatus erat Vercellis.... Si ſuis genus Fileppus (ajebam) adhue indulgere, ipſe velit..... ſaltem D. Euſebium appellet Metropolitam non Inſubriæ, ſed Italiæ preſſe dictæ.“ Hic non eſt tibi mecum expoſtulandi locus. Non eſt ſolemnis impoſtura; ſed monitum. Illis verbis: „ Gratiis, & privilegiis (Pontificiis) Eccleſia Mediolanenſis ad gradum Primatus Metropolitici in Gallia Ciſalpina tempore Theodoſii Cæſaris, & Divi Ambroſii conſcendit,“ addas hæc: „ ut Hieronymus Rubeus paullo poſt citatus innuit“. Is jus Divi Ambroſii Metropoliticum ad Æmiliam, cæteraſque præfatas Italiæ Regiones non extendit.

Inſti-

(a) *Cap. 7.*
(b) *Orſi Hiſt. Eccleſ. Sæc. I. de Jacob. Ap.*
(c) *Gualvan. loc. cit.*

Inſtitutæ orationi finem impono, ne nimio tibi tædio ſim. „ Surrexi adhuc: tacere enim (*a*) diffi-„ dentiæ ſignum eſt, non modeſtiæ ratio „. Deinceps calamo parcam, ne Glottæ Vercellenſi infenſus ultra videar: ne quis me male in Te animatum exiſtimet. Unum, & alterum ex operibus, quibus veritatis diſquiſitione, tuæque famæ augmento res tuæ excutiuntur, plurimis nævis inficiuntur: quia mea ſunt. Vale, meque Tibi perpetuo commendatum habeas.

FINIS.

(*a*) *Hiral. contra Conſtant.*

Nos

Nos Fr. Vincentius Maria Ferretti Sac. Theol. Profeſſor, ac totius Ordinis FF Prædicatorum humilis Vicarius, & Procurator Generalis, ac ſervus,

HArum ſerie, noſtrique auctoritate Officii, quantum in nobis eſt, facultatem concedimus R. P. M. Fr. Joſepho Hiacyntho Triveri Provinciæ noſtræ Sancti Petri Martyris typis edendi Opus ab ipſo elaboratum, cui titulus; *De Antiquitate, & Dignitate Eccleſiæ Vercellenſis*; dummodo a duobus Sacræ Theologiæ Profeſſoribus noſtri Ordinis prælo dignum judicetur, & ſerventur cætera de jure ſervanda. In nomine Patris &c. In quorum &c. Datum Romæ in noſtro Conventu S. M. S. M. die 21. Junii anni 1755.

Fr. Vinc. M. Ferretti Vicarius, & Procurator Generalis.

Regiſt. pag. 5.

Fr. Thomas Ignatius Maria Natta Magiſter, & Socius.

Reverendiſſimi Patris Fr. Vincentii Mariæ Ferretti Vicarii, & Procuratoris Generalis Ordinis Prædicatorum, mandatis o temperans: *Opus de Antiquitate, & Dignitate Eccleſiæ Vercellenſis*, ab Adm. Rev. Patre Fr. Joſepho Hiacyntho Triverio ejuſdem Ord. Sacræ Theologiæ Magiſtro compoſitum, diſpexi; cumque nihil prælo abſonum in eo repererim, typis mandari poſſe, cenſeo.

Datum in Cœnobio Sancti Euſtorgii Mediolani tertiodecimo Calendas Septembris 1755.

Fr. Auguſtinus Maria Legnani Ordinis Prædicatorum Sacræ Theologiæ Magiſter, & ex-Regens.

F. Dominicus Antonius Cuſani Ord. Prædicatorum Sacræ Theologiæ Magiſter.

NOI RIFORMATORI

Del Studio di Padova:

AVendo veduto per la Fede di reviſione, ed approvazione del P. Fr. Paolo Tommaſo Manuelli Inquiſitore di Venezia nel Libro intitolato *Fr. Joſeph Hyacinthi Treverii Ordinis Prædicatorum in Antiquitatem, ac Dignitatem Eccleſiæ Vercellenſis Animadverſiones*: non eſſervi coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimenti per atteſtato del Segretario noſtro niente contro Principi, e buoni coſtumi: concediamo licenza a *Simone Occhi Stampatore di Venezia*, che poſſi eſſer ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite copie alle pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 28. Settembre 1755.

(Zuanne Querini Procurator Riform.

(Barbon Moroſini Cav. Proc. Riform.

Regiſtrato in Libro a car. 18. al num. 46

Giacomo Zuccato Segretario.

Digitized by Google

00565 4415

68